

3-1-98

11

6-1-98

11

11



DR. J. W. BROWN
DR. J. W. BROWN

DR. J. W. BROWN
DR. J. W. BROWN



02270

Filing Cabinet	
No. 1	
A	
39	
389	

45

Del Collegio del alma de N. S. de Granada
CONFESSIO *P. 1828*
iovera

GREGORIANA

IN LIBROS QVATVOR

DIGESTA, QVIBVS CONTINE-

TVR, QVID DE IIS FIDEI CHRI-
stianæ dogmatibus, quæ nostro hoc sæculo in controuersiam
vocantur, ante annos plus minus mille sen-
serit præstantissimus Ecclesiæ Doctor

ac Pontifex GREGORIVS
MAGNVS.

Be *Da*
Ex omnibus eiusdem D. GREGORII, quæ quidem ad
nostram ætatem peruenerunt, Operibus bona fide colle-
cta, & certâ Theologis obseruata methodo disposita,
opera ac studio F. THEODORI PETREI
Campensis, Carthusiæ Colonien-
sis alumni.

Adiecto Indice singulorum librorum capi-
tum & propositionum.

Cum permisso Superiorum.

Iob 8. & 12. Cap.

Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga
Parum memoriam, & ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de
corde suo prof. rent eloquia. In antiquis enim est sapentia, &
in multo tempore prudentia.

COLONIAE,

Apud Arnoldum Quentelium.

Anno cl. l. XCVII.

Cum gratia & privilegio Casarea Majestatis.



REVERENDO

IN CHRISTO PATRI, D.

IOANNI MICHAELI, MAIORIS

Carthusiæ Priori dignissimo, totiusq; Sacri Car-
thusiensis Ordinis supremo Moderatori
prudentissimo, cum debita obe-
dientia salutem.



VA M sit Ecclesiæ Doctorum in his quæ Christianæ fidei sunt dogmatibus propugnandis perpetuus vnanimisque consensus (Reuerende in Christo Pater) constat manifestè ex illorum amplissimis literarum monumentis, quibus ad omnem æternitatem, nominis sui memoriam posteris consecrârunt: In quibus hoc considerandum potissimum venit, quod in Religionis nostræ decretis, idem vbique sentiant, itatuant, atque pronuncient. Quæ res certè summo, nos omnes, & quoscunque Christianos iure, potest, & debet, in antiqua, Catholica auita fide retinere, utpote, quam tam longa temporum serie, iam inde ab ipsis Apostolis, non aliam, atque aliam, ab alijs, & alijs, sed vnam, eandemque, semper, ab omnibus, tam præclaræ eruditionis viris, tamque eximijs pietatis, diuersarum prouinciarum, nationumque Præsulibus, ad nos

EPISTOLA

vsque deriuatam, propagatamque fidem conspicimus. Huc namque spectant antiquorum Patrum studia & labores, huc orationes & vigiliæ, huc lacrymæ & curæ, huc lucubrationes omnes, huc antemeridianæ & pomeridianæ operæ, vt quam ipsi à suis maioribus fidei puritatem sinceritatemque acceperant, non solum factam testam conseruarent, verum vt posteris omnibus modis eam inuiolatè incorrupteque seruandam proponerent. Etenim in priscis illis nascentis Ecclesiæ Patribus, tot modis diuini Spiritus gratia refulsit, vt Christianæ fidei decreta, non vno tantum ore, parique consensu concentuque profiterentur, sed & sanctissimæ vitæ exemplo, multisque sæpe miraculis testata relinquerent, suoque tandem sanguine consignarent. Quam quidem incorruptam doctrinæ, per tot annorum ætatumque spatia, ad posteros propagatam, veteres illi Doctores a Irenæus, b Tertullianus, c Cyprianus, d Origenes, e Eusebius, f Epiphanius, g Augustinus, cæteri que tanti fecerunt, vt in ea certissimam veræ Ecclesiæ cognoscendam, ac demonstrandam, notam constituerint. Certum quippe est, & luce meridiana clarius non solum superiorum ætatum omnium hæreticos, verum & nostri quoque sæculi novos dogmatistas, immaniter sic inter se dissidere, vt mox vbi noui quippiam ab aliquo eorum somnium, prolatumque fuerit, id confestim in mul-

a lib. 3. cap. 3.
b de præscr.
c epist. 6 l. 1.
d lib. 1. c. 1.
e x. c. 4.
f hist. eccles.
g heresi. 27.
h epist. 165 et
de util. cred.
i ca. 17. contra
Faust. lib. 28.
cap. 2.

DEDICATORIA.

tas easque sædissimas pugnantemque; opiniones diuidi distrahi que necesse sit; vti id ipsum eleganter antiquissimus Ecclesiæ scriptor simul ac Martyr b Iustinus his testatur verbis.

h ad Orthod.
quæst. 4.

Cum damnent hæretici alij alios, ob opinionum dissensiones, perspicuum est, omnes eorum hærefes, ex ambitione & mutua heresiarcharum inuidia occasionem habuisse. cui subscribens Tertullianus: Mentior, inquit, si non etiam à regulis suis variant inter se, dum vnusquisque pro suo arbitratu modulatur quod accepit, quemadmodum suo arbitratu ea composuit. & licet id ipsum clarissimo etiã multorum insignium hæreticorum testimonio comprobare in promptu sit, vno tamen aut altero contentus exemplo, plura non adijciam, ne modum epistolæ excedam. Inter illos occurrunt; Nicolaus Gall. apud quem sic scriptum reperias. Perijt iusto Dei iudicio non armis hostium, non inuictis hæreticorum armis, vera à nobis religio & Ecclesia, sed nostrorum inter nos perfidia, infidelitate, incuria: hinc ex hæreticorum doctoribus quidam proprius ipsorum Propheta, præclarum ac veridicum protulit testimonium, ita inquitens.

i In Præfæ.
Apolog. de
maiest. homi
nis Christia.
ni.

Plus valet vnus Augustinus, quam centum Lutheri, ducenti Melancthones, trecenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres, & quingenti Caluini, qui si omnes in mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia

Franciscus
Stancarus lib.
de Mediat.
Præclarum
hæretici de
hæreticis te
stimonium.

1. Ioan. 2.
1 Timoth. 4.
ad Galat. 1.

veræ Theologiæ: neque id mirum. Vt enim
navis sine gubernaculo, in falo fluctuâs, est om-
nibus ventis exposita, ita vt cùm primùm tem-
peſtas ſæua ingruerit, neceſſe ſit eam vi tempe-
ſtatis eò vſque iactari, donec vel ſcopulis alli-
datur, vel procellis obruatur: ſic & Pſeudo-
euangelici, amiſſis rationis, ac veri iudicij gu-
bernaculis, varijs errorum fluctibus, huc il-
lucque iactantur, nullum vt capere poſſint
veritatis, ac honeſtatis portum. Eſt enim hæ-
reticorum proprium (vt Apoſtoli tradide-
runt) ſegregare ſe, exire à nobis, diſcedere à fi-
de, adferre noua, præter illud quod accepimus.
Quod quidem adeò certum eſt, vt nemo hæ-
reticorum vel vnicum hominem in medium
proferre potuerit, qui ante ſui hæreſiarchæ tẽ-
pora, per omnia ſenſerit & docuerit, ſicuti ipſe
ſentit & docet. Vnde præclare Tertullianus:

Ll. de Præſc.

» Cupio (ait) oſtendant mihi ex qua auctori-
» tate prodierunt, edant origines Eccleſiarum
» ſuarum, voluant ordinem Episcoporum ſuo-
» rum, ita per ſucceſſores ab initio decurrẽtem,
» vt primus ille Episcopus aliquem ex Apoſto-
» lis, vel Apoſtolicis viris (qui tamen cum Apo-
» ſtolis perfeuerauerit) habuerit auctorem & an-
» teceſſorem: hoc enim modo Eccleſiæ Apoſto-
» licæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum
» Eccleſia. Polycarpum à Ioanne collocatum
» habet: ſicut Romanorum Clementem à Petro
» ordinatum edit. Hæc eſt nimirum illa Eccle-
» ſia, in qua primùm quidem poſuit Deus Apo-
» ſtolos,

ſtolos, ſecundò Prophetas, tertio Docto-
res, ad conſummationem ſanctorum, in opus
miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.
Ex horum numero ſunt præter ceteros iſti pri-
marij veluti proceres ac præſtantiffimi Apo-
ſtolicę Eccleſiæ Doctores, Gregoriꝝ ſcilicet re,
& nomine Magnus, Hieronymus, Ambroſius,
& Auguſtinus, quibus cùm ſumma ſit, propter
vitæ ſanctimoniam, ingenijq; facultatem, atq;
doctrinæ abundantia authoritas, ſitq; in eorũ
ſcriptis mira dictorum factorumq; conſenſio,
atq; eadem opinionum voluntatumq; ſocie-
tas, apertè cuius veritatem profiteri volenti,
conſtat vnã fidem, eandemq; Eccleſiam, &
fuiſſe ſemper, & etiamnum eſſe, Romanã nem-
pè, & Apoſtolicam, tot ſanctiſſimorũ Marty-
rum ſanguine roboratam, tot Diuorum mira-
culis cõfirmatam, tot præcellentium Doctõrũ
ſcriptis illuſtratam. Vnde peregrinantibus no-
bis in huius vitæ ærumnoſo itinere, eò maior
accreſcit fiducia pertingendi ad patriam, quò
ſolidioris auctoritatis Catholicam munitã ag-
noſcimus Eccleſiam. Aſylum autem iſtud ad-
eò firmum, ſuper firmam petram (id eſt Chri-
ſtum) fundatum, haud dubio præſtantiffimi
ſunt illi duces, atq; cæleſtis diſciplinæ eruditif-
ſimi Doctores, quorum vtique ſcellerti erudi-
tione, prudentique magiſterio, aduerſariõ-
rũ reprimuntur vires, repellitur audacia, fraudes
deteguntur, ac fidelium mentes, eorum ſolida
doctri-

EPISTOLA

doctrina, & spiritali pabulo nutriuntur, & viuunt: In quorum albo adscribēdi videntur, non contemnendæ nec exiguæ doctrinæ viri, sed eximij atq; eruditissimi Theologi de Repub. Christiana optimè meriti, Hieronymus Torrensus, Ioannes Nopelius, & Cornelius Steenvichius, quondam Colonię præceptor meus, mihi semper obseruandus, qui ex vastis, atque operosis trium Ecclesiæ Doctorum voluminibus, singuli singulas fidei edidēre Confessiones, ex quibus quanta sit, inter antiquos Patres, & modernos Romanæ Ecclesiæ filios, de fidei dogmatibus consensus, satis liquet: Quas quidem Confessiones quum animaduertem, à plurimis studiosè lectitari, indeque Catholicos quidem magis ac magis confirmari, hæreticos autem quandoque ab errorum tenebris, ad veræ fidei lumen se recipere conspicerem, cœpi & ego (qui tamen nec ætate, nec auctoritate, multò verò minus eruditionis laude, vel minima ex parte cū tantis a talibus viris, vilo modo comparandus sim) æmulari tam præclarum & salutiferum opus, ad id me instigante, ac stimulante sacræ Theologię profundissimo simul ac pientissimo Doctore Parisiensi, R. P. Francisco Feu-ardentio Minoriga, animum adijcere, vt ex B. Gregorij Magni operib⁹ (hic namq; solus restabat) secundū certam quandā à Theologis obseruatā methodū, aliquam fidei Confessionem colligerē, quam

Typo-

DEDICATORIA.

Typographo typis excudendam committerem. Quod cū iam & vestro (Reuerende Pater) permissu, & quorundam Theologorum celebris Coloniensis Academiae suafu factum esset, & ad finē opus perductum, restabat vt pro recepta laudabili consuetudine aliquē mihi deligerem Patronum, cui hæc meas laborum primitias consecrarem: cumque mecum nihil certi statuere possem, atque hac in parte anxius hærerem, dum hunc alij, atque alium alij Patronum asciscendum suggererent, ecce tandem dum in tam varijs opinionum sententijs animus cunctabundus suspenditur, oculos ad R. P. T. deflexi, eiq; haud difficulter nulloque negotio totus adhæsi, teque R. P. mihi Patronum asciui, quod etiam vt facerē me serio V. P. D. Arnoldus Hauiensis, eximius sacrę Theologię Doctor, Louaniensis Carthusiæ Prior, & Prouincię Theutonicę Visitator meritissimus, & D. Gilbertus Delaunay vester professus, integritate vitæ, atque animi candore insignis Pater, sunt cohortati. Superest ergo, Reuerende Pater, & restat, vt que tibi cum hoc Beatissimo Ecclesiæ summo Præsiale Gregorio virtutum studia communia sunt, ea quoque patiaris obsecro ad plurimorum vtilitatem in lucem vt proferam. Egregię namque virtutis exempla, non sub modio, sed super candelabrum in eminentiori sunt ponenda loco, vt omnibus præluceant, multos-

t s

que

EPISTOLA

quæ ad sui exemplum accendant.

Igitur, Reuerende Pater, sicut B. Gregorius, (referente Ioanne Diacono) postquam Monastica vitæ studium, honoribus valere iussis, atque opibus posthabitis amplexatus fuisset, tantos in ea progressus fecisse legitur; vt Abbas renunciatus, non multò post ab Apostolicæ sedis Præsule Pelagio, pro responsis Ecclesiasticis Constantinopolim destinatus sit, eiq; adeò carus extiterit, vt sine Gregorij consilio nihil in grauioribus negotijs decernendum putaret, quinimò neminem, qui sibi Summo in Pontificatu succederet, Gregorio aptiorem dignioremque iudicaret. Neque verò eum fessellit opinio. Factus namque diuino desuper fulgentè miraculo, & hominum omnium accedente suffragio, supremus Reipub. Christianæ Moderator, mox Augustinû Melitonem seu Melitem & Ioannem, aliosque nonnullos suæ disciplinæ alumnos, primarię nimirum pietatis, & summæ eruditionis viros, in Angliam mittendos putauit, & qui gentem illam, Idolis addictam, ad verum Christianæ fidei cultum perducerent: Sic R. P. T. has B. Gregorij virtutes eximias imitata est, vt qui eius vitæ exempla feliciter expresserit, haud facillè quiscquam reperiri possit. Mox namque ab ipsa adolescentia iugum Domini portare cœpisti, & arctissimum Carthusianæ solitudinis rigorem nihil reformidans, in eam sodalitatem nomen dedisti,

a Sigebert.

Grego. lib. 5.

Epist. cap. 7.

lib. 7. cap. 112

lib. 9. cap. 52

DEDICATORIA.

dedisti, quæ ex quo primùm instituta est, perpetuum quoddam inexhaustæ fecunditatis seminarium, hominum & doctrina & pietate præstantium extitit, in qua tam præclarum maximarum virtutum specimen edidisti, vt celeberrimæ Parisiensi Carthusiæ præfectus, atque amplissimæ prouinciæ Gallicanæ Visitator designatus, omnes in tui admiratione raperes. Ita vt pius ille tuus prædecessor R. P. Hieronymus Marchand, acutissimi ingenij, atque infallibilis iudicij vir, tantarû virtutum odore allectus, te sibi in perpetuum assessorem delegerit, qui grauissimis Ordinis negotijs pertractandis, non cum alijs interesset modò, sed & solus quandoque ea disponeres, & chyrographo tuo, tamquam suo, fides vt adhiberetur, per chartam Capituli generalis vniuerso mandauerit Ordini: nec ea solùm fama intra amplissimi Ordinis nostri se continuit limites, sed longè lateque diffusa, ipsos etiam totius orbis præstantissimos Parisienses Theologos, ipsumque numerosum clerum Parisiensem allexit, dignumque qui pro totius cleri causa, tamquam fidelis Patronus & Zelator Religionis præcipuus, ad comitia totius Regni Gallicani deligereris, iudicauit, ac tandem id ipsum precibus à Generali Ordinis obtinuit & impetrauit. Verùm hæc missa faciens, ad id me conuerto, quod in hac summa totius Ordinis præfectura, (qua

EPISTOLA

(qua adhuc viuens, omnibus te modis dignum tuus ille felicitatis recordationis prædeceſſor non ſolùm proclamabat, ſed vt ſubrogareris, totis viribus totoq; conatu, lacrymis apud Deum, precibus apud homines contendebat) ad B. Gregorij exemplum dignum profectò imitatione dignumq; apud homines laude, & apud Deum retributione quiddam peregiſti. Vt enim hic ſuos in Angliam, ita & R. P. T. aliquot è ſuis, Maioris Carthuſiæ profefſis, ſingularis eruditionis, atque admirandæ pietatis viros, ad diuerſas orbis prouincias deſtinauit, qui collapſum monaſtica vitæ rigorem (vbi id poſtulare neceſſitas) ad ſeuerioris diſciplinæ regulam reuocarēt. Neq; verò hîc ſubſiſtit Paterna tua ſollicitudo, ſed omnes etiam ingenij neruos indices eò dirigit, vt maiorem illâ Carthuſiam matrem noſtram (exemplar à Domino nobis in montibus Carthuſiæ monſtratū) ſelectiſſima nouella plantatione per quàm inſignem efficiat, atque hinc eſt quod quandoq; viginti, quandoque plures, optimæ ſpei iuuenes, vno eodemq; tempore apud vos reperiantur. (quod à quingentis annis nunquam fuit viſum) qui in nouitiatu conſtituti laudabile ſui tyrociniſ ſpecimen omnibus exhibeant, idque ſub tali ac tanto Patre, cuius conſilia, vt quondam fuere Reipub. Gallicanæ ſalutaria, ita nunc ſunt Ordini fructuoſa, & exempla nouitijs perutilia: Ita vt timendum non ſit ſub tan

TO CA-

DEDICATORIA.

to capite, tamque præcellenti Præſule, atque ſub tam idoneis Rectoribus & eximijs Speculatoribus, noſtrum hunc cœtum Carthuſianum, quem Deus Omnipotentem tam clementer & benignè, à principio ad hodiernum vſque diem fouere, dirigere, ac protegere dignatus eſt, ad aliquem laxiorem vitæ ſtatum (quod Deus auertat) aliquâdo declinaturum. Exiguum hoc opuſculum, & primos hos ſectus meos, ſi R. P. Tuam, propitio oculo reſpicere, & benigno animo ſuſcipere, dignatum fuiſſe intellexero, acerrimos ad maiora currentiſtimulos addiderit. Interim Chriſtum Ieſum Dominū oro, vt R. P. Tuam vnâ cū præfatis Patribus huic ſuę religioſę familię ad annos plurimos ſeruare dignetur incolumè, ad diuini ſui nominis immortalẽ gloriam, ſub ditorumque omnium ſalutem perpetuam. Ex Carthuſia veſtra & Caſtro Deiparę Virginis Marię prope Dulmaniam. Anno poſt Chriſtū natum 1597. ipſa ſolemnitate Sanctiſſimi Eccleſiæ Doctõris Gregorij, cui noſtrum hunc laborem probatum oblatumque cupimus.

R. P. T.

*Obedientiſſ. & obſequentiſ. filius
Fr. Theodorus Campenſis,
Carthuſia prope Dulmaniam indignus
Vicarius.*

CAR-

CARMEN CORNELII SCHVLTINGII
STEINVVICHII DE GREGORIANA
 Confessione per Eruditum & Religiosum
 Dominum Theodorum Campensem Pro-
 fessum Carthusianum conterraneum
 suum puchrè concinnata at-
 que digesta.

Suscipe Romuleos, Lector Venerande, triumphos
 Gregorij Sancti, dispositamq; fidem.
 Quinuit factis, scriptorum lumina spargens,
 Vt iubar auricomis solis in orbe solet.
 Norma, decus, speculum, tibi sit via, vita per auum,
 Si cupis aeterni visere templa Dei.
 Currite Pastores ouium, qua pascua tondent
 Cœlica, qua Christi flumina sacra bibunt:
 Currite, Gregorius Romana maximus vrbis
 Pastor adest, tutans sacra verenda Dei.
 Insignis pietate Pater, fugitiua relinquens
 Gaudia hic, ad cœlum dulce parauit iter.
 Nomina, rura, domos, terra patrimonia vendens,
 Aeternas melius inde redemit opes.
 Altus erat, fecit se humilem, vestita cucullo
 Tempora nigra nigranti religiosus erat.
 Purpureas vestes planè pertasus & aurum,
 Altius hoc voluit, quod magis ima petit.
 Aegra mente talit tanquam graue pondus honorum,
 Suscipit inuitus munia, rite gerit.

In Solio Petri sedit successor honorum,
 Grande supercilium non tamen inde tulit.
 Ore, manu facundus erat, monimenta super sunt
 Plurima, fatur adhuc, posthuma scripta vides.
 Hic cantare choros docuit mysteria stringens,
 Sancta notis docuit verba animare notis.
 Composuit mores hominum, sua secula fecit
 Aurea, presbyteris forma decusq; fuit.
 Quatuor vt venti pracones, quatuor adsunt
 Sic & Euangelij fatidiciq; senes:
 Doctores sponsa Christi, qui sacra tuentur
 Dogmata, Catholicæ religionis opes,
 Sunt totidem, quorum latè sparguntur in orbem
 Scripta, sed incertis sparsa refusa locis.
 Sunt hodie nostris aptata, nec hereticorum
 Sic aptè extinguunt falsa venena luis.
 Hinc quadruplex nobis fidei Confessio prodit
 Ex Augustino, Gregorioq; Patre:
 Hinc ex Ambrosio, vetere Illyricoq; parente:
 Quatuor his muris maximus orbis ouat.
 Augustinum Augustana Torrentius autor
 Obijcit, illa quater ter variata fuit.
 Caluim pedibus calcans Hieronymus acer
 Prodiit, Islebios Ambrosiusq; petit.
 Quatuor inuictis his testibus omnia possunt
 Dogmata per mundi climata cuncta vebi.
 Quatuor humectant hæc totum flumina mundum,
 Et Paradisiacæ suppeditantur opes.
 Quatuor hæc verè nobis miracula mundi
 Confirmant sanam, qua petit astra, fidem.

*Gratia magna tibi merito Theodore ferenda
 Pro tantis studijs, pro vigilante stylo.
 Gregorius toto donec celebrabitur orbe,
 Durabit Nomen semper honosq; tuus.
 Felices monachi, qui sic sua tempora sacris
 Impendunt Patribus, dum pia scripta terunt:
 Quot quot non tantum pietatis habentur alumni,
 Doctrinam at iungunt cum pietate sacram.
 Illyricus Flaccus magnus fuit hostis & acer
 Gregorij Magni, quod sua scripta probant.
 Vana superstitio quod late creuit in orbe
 Gregorius, dicit Flaccus, id egit iners.
 Informes ritus, ait, hoc Ecclesia sumpsit
 Sub duce, Pontificem fecit hic esse Deum.
 Non satis expendit Scriptorum tempora cana,
 In quibus hac eadem sat viguisse patet.
 Accidit ut meruit, Diuini hoc bene fata volebant,
 Gregorio ut pœnas Illyricus lueret.
 Nam qua luce colunt sacro Solemni ritu
 Gregorij, Illyricus morte sepultus obit.
 Quod secundum libet paucis cognoscere Lector
 Gregorij, breuiter edocet iste liber.
 Quæ laus fundunt immensa volumina campis,
 Hoc scripto paucis margine claudit opus:
 Facundo quicquid presul doctissimus ore
 Differuit, doctis pluribus atq; libris:
 Omne illud paruo breuis hæc tibi pagina pugno
 Constringit, certis digerit atq; locis.
 Omnia disposuit prudens atque ordine pulchro,
 Reddidit apta locis dogmata quæq; suis.*

Instruxit


*Instruxit scriptorum aciem satis ipse venustam,
 Aeterna lucis præmia fert labor.
 Graiorum detur Parrum illustrata sacrorum
 Quatuor hac methodo scripta videre pari:
 Prodeat aut tandem Confessio publica Parrum
 Orbis, quos Latius, quos & Achaus habet.*

IN CONFESSIO-
NEM GREGORIANAM THEO-
DORI CAMPENSIS CARTHUSIA-
 ni apud Coloniam Vbiam Guilihelmus Sals-
 mannus Colonienfis, ibidem SS. Apo-
 stolorum Canonicus.

Pramidum, molisq; situ Mausole tuorum
 Bustorum hoc opus est altius, astra petens.
 Hic nihil imber edax, Boreas nihil excedet algens;
 Vincet pyramidum, sacra papyrus, opus.
 Hinc aberit violator iners; vigilantis ausis
 Excubat, & curas hic Theodorus habet,
 Dextra GREGORIVM vigili qui vertit in orbem.
 Temporis, & vigilem plus vigilare facit.
 Postera laus Theodore tua est, prior omnis, & vna
 GREGORIO seruit, GREGORIVMQUE vehit.
 GREGORII pars magna tua cum laude reuixit,
 Et vitat morsus trux Libitina tuos.
 GREGORIVS fit & ipse recens, quem ruga fugacis
 Olim contraxit temporis atque situs.
 Quando alijs igitur scribendi CAMPVS & -ENSIS
 Materia est, vel res de leuiore nota, (tras,
 GREGORII CAMPOS CAMPENSIS sedulus in-
 Peruigili fructus carpis ubiq; manu.

††

Nemo



Nemo te violens cæptis auerterit istis;
 Opto sit æternum laus Theodore tua.
 SERVVS SERVORVM, populorum Pastor, & Vrbs
 Regnator quondam maximus iste fuit:
 Attamen haud fastus sumpsit sanctissimos illos,
 Tu facis hoc, laudis par & habebis iter.
 Atq; tuos velut ille modos deducier vnquam haud
 Abnuat, in methodum promptus vbiq; tuam,
 In sortem accipiet te secum ita deinde beatam
 Idem, vbi lux semper, nec vigilare piget.

ELOGIA ALI-
 QVOT B. GREGORII PAPAE,
 QVAE IN VETERVM AC RECEN-
 tiorum quorundam scriptis passim
 inueniuntur.

Vixit hic in
 Hispania an-
 no Domini
 630.

ISIDORVS EPISCOPVS HISPAN-
 lensis, discipulus B. Gregorij, lib. de vi-
 ris illustribus, cap. 27.

Fœlix & nimium fœlix, qui omnium studio
 rum Gregorij potuit cognoscere dicta.

EX CAP. II. CONCILII TO-
 letani octavi circa tempora Marti-
 ni Papæ celebrati.

BEATVS Gregorius Papa & vitæ meritis ho-
 norandus, atque in Ethicis assertionibus pe-
 nē cunctis meritò præferendus est.

S. Ildephonsus de Viris illustrib. cap. 2.

GREGORIVS Papa Romanæ atque Aposto-
 licæ Sedis Præsul, compunctione timoris
 Dei plenus, & humilitate summus, tantum
 que

que per gratiam sancti Spiritus scientiæ lumine
 præditus, vt non modò illi præsentium tempo-
 rum quispiam, sed ne in præteritis quidem par
 fuerit vnquam. Ita enim cunctorum merito-
 rum claruit perfectione sublimis, vt exclusis om-
 nium illustrium virorum comparationibus,
 nihil illi simile demonstraret antiquitas. Vicin-
 enim sanctitate Antonium, eloquentia Cypria-
 num, sapientia Augustinum, &c.

ADO EPISCOPVS TRE-
 uirensis in Martyrolog.

Vixit anno
 Domini
 1070.

ROMÆ depositio S. Gregorij Papæ, qui no-
 bili genere liberalibus artibus eruditus
 est. Deinde defunctis parentibus sex in Si-
 cilia monasteria construens, septimum intra vr-
 bis muros constituit. In quo ipse post sæcularem
 habitum multis fratribus aggregatis, sub Abba-
 tis imperio strenuè militauit, & suæ nobilitatis
 lineam moribus extulit, probisq; actibus deco-
 rauit. Nam qui ante sericis vestibus ac gemmis
 micantibus per urbem solebat procedere trabea-
 tus, post vili contactus tegmine, ministrabat
 pauper ipse pauperibus, &c.

IOANNES DIACONVS LIB.
 1. cap. 2. in Vita B. Gregorij
 Papæ.

Claruit sub
 Carolo Cal-
 uo Imperato-
 re Anno Do-
 mini 870.

GREGORIVS geminæ nobilitatis lineam pijs
 moribus extulit, & probis actibus exorna-
 uit; adeò vt præfatio quodam Græcè γρηγό-
 ρου, quod Latine Vigilatius resonat, vocaretur.

††

Nam

Nam recta quæ docturus erat, dum viuus operibus adimpleuit, sibimetipſi vtique ſe vigilaffe perdocuit. Dum verò recta quæ faciebat docendo quoque diſſeruit, vigilaffe quoque diſſeruitur, non ſolum ſibi, ſed & futuri temporis Chriſtianiſ.

Floruit anno **VENERABILIS BEDA LIB. II.**
 Domini **Cap. 1. Eccleſiaſt. hiſtor.**
 740. *Anglic.*

Gregorium rectè noſtrum appellare poſſumus & debemus Apoſtoluſ, quia cum primum in toto orbe gereret Pontificatum, & cõuerſis iam dudum ad fidem veritatis eſſet prælatuſ in Eccleſia, noſtram gentem eatenus idolis mancipatam Chriſti fecit Eccleſiam: ita vt Apoſtolicum illum de eo liceat nobis proferre ſermonem: quia etſi alijs non eſt Apoſtoluſ, ſed tamè nobis eſt. Nam ſignaculum Apoſtolatuſ eius noſ ſumus in Domino. Erat autem natione Romanuſ, ex patre Gordiano, genus à proauis non ſolum nobile, ſed & religioſum ducens. Deinde Pœlix eiufdem Sedis Apoſtolicæ quondam Epicoꝓuſ, vir magnæ gloriæ in Chriſto & in Eccleſia, fuit eiſ arauuſ. Sed & ipſe nobilitatem religionis non minorem quàm parentes & cognati virtute deuotionis exercuit. Nobilitatem verò illam, quam ad ſæculum videbatur habere, totam ad nanciſcendam ſupernæ gloriæ dignitatis diuina gratia largiente conuertit. Nam mutato repente ſæculari habitu monaſterium petijt, in quo tanta perfectionis gratia cœpit conuerſari, vt nihil nunquam niſi cœleſtia cogitaret, &c.

E X

EX BARTHOLOMAEO PLATINA. *Fuit in humanis anno Domini 1460.*

Gregorius non ſibi ipſi, ſed vtilitati hominum ac honori diuino conſulens, quem certè ob religionem & pietatem rebus omnibus ſemper antetulerat, ſpreiſis omnibus, poſt habitis voluptatibus atq; omni ambitione & potètia gubernacula Reipublicæ Chriſtianæ ſuſcipiens ita vixit, vt vſque ad tempora noſtra neminem ex ſucceſſoribus parem habuerit, ne dum ſuperiorem vel ſanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina & ſcriptis. Nam & librum de Sacramentis compoſuit, & Antiphonarium tam diurnum quàm nocturnum, & commentarios in Ezechielem, & quadraginta homilias in Euangelia, in Iob quoque allegoricè ad mores & hiſtoriam reſpiciens, eleganter ſcripſit. Edidit & libros quatuor in Dialogo, & librũ quem Paſtoralem appellauit ad Ioannem Episcopum Rauennatem de ratione gubernandæ Eccleſiæ.

EX IOANNE STELLA SACERDOTE Veneto.

Vixit anno Domini 1503.

Fuit Gregorius vir omni laude digniſſimus, ſi vitam, ſi mores doctrinamque inſpicias, ſi ſolertiam cum in diuinis tum in humanis rebus reſpicias, ea propter meritò terreſtris angeluſ vocari promeruit.

BAPTISTAE MANTVANI CAR-
melitæ Theologi in laudem D. Gregorij Epigramma.

Floruit anno Domini 1494.

Currite paſtores ouium, quæ paſcuat ondent
 Calicæ, quæ Chriſti fontes & flumina potant:

†† 3

Currite

Currite, Gregorius Romana maximus vrbis
 Pastor adit superos, totus latatur olympus.
 Hæc Marti bis sexta dies, iam duxit Apollo
 Frigoræ ab hyberno meliora ad sydera currum.
 Insignis pietate pater fugitiua relinquens
 Gaudia, & ad cælum nixu conuersus anbelo,
 Vela dedit, nostrorum ratem de littore soluit.
 Nomina, rura, domos, terrena peculia vendens
 Emit opes immortales, patrimonia factis
 Grandia canobijis (meminit Trinacria, Roma,
 Aelia, ab antiquis Luxa appellata) reliquit.
 Sic diues, sic factus inops, & viuere ad ortus
 Cælestem vitam in terris, consortia Diuùm
 Emeruit, sicut quando sub imagine nauæ
 Naufragium passi matris cratera recepit
 Angelus, & rursum quando inter prandia finxit
 Nunc iuuenis, nunc ora senis, cum sacralitanti
 Ante oculos Romæ diui responsa dederunt:
 Et cum Romæ post tot crudelia gentis
 Funera, Casareï residens in mole sepulchri
 Angelus abscondit rutilantem cade machæram.
 Altus erat, fecit se humilem, potuitq; putari
 Decoxisse, tulit piceo vestita cucullo
 Tempora, purpureas vestes pertasus & aurum.
 Sed quanto magis ima petit, tanto altius alis
 Præpetibus fertur, virtus est lucida, quanquam
 Non velut, apparet, Soliq; simillima mittit
 Per rimas tenues radios, seq; indicat ipsam.
 At quid opus multis? Petro successit, & alto
 In solio residens factum nesciuit, & egra (rem.
 Mente tulit summum tanquam græue pondus hono-

Ore

Ore, manu facundus erat, monumenta super sunt
 Plurima, fatur adhuc, nec fari desinet vnquam.
 Hic docuit cantare choros, melicisq; animauit
 Verba notis, sacrisq; dedit formamq; modumq;
 Composuit mores hominum, sua sæcula fecit
 Sancta, sacerdoti decus vsq; ad sydera misit.
 Sancte Pater cymba, cuius proreta fuisti
 Atq; gubernator, faucas, Scyllam atq; Charybdim
 Nunc legit, aduerso Syrtes nunc remigat Euro.

IOANNES TRITHEMIVS

Abbas Spanhemensis.

Gregorius Papa Primus, ex monacho Ordinis S. Benedicti, patria Romanus, post Pelagium pontificem sedit in cathedra Petri annis tredecim & mensibus sex. Vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis vtiq; doctissimus, Theologorum Princeps, splendor Philosophorum, & Rhetorum lumen, vita & conuersatione integer atq; sanctissimus: cui diuinæ scripturas explananti Spiritus Sanctus aliquoties visibili specie apparuit, eiq; arcana mysteriorum earundem inuisibili magisterio reserauit. Hic Romæ apud S. Petrum habita Synodo viginti quatuor Episcoporum, multa ad Ecclesiæ vtilitatem constituit, & decretum immunitatis Monasteriorum promulgauit.

ERASMVVS IN EPISTOLA

dedicatoria ad Alphonsum Fonseca
 secam Archiepiscopum Tol
 letanum.

IN Gregorio puram nulloq; fuce picturam
 sanctimoniam agnoscimus.

†† 4

IDEM

Vixit anno
 Domini
 1492.

Excessit 6^{to}
 uis, anno Do
 mini 1536.

*IDEM LIB. II. DE RATIO-
ne concionandi.*

Gregorius Pontifex Romanus simplex & pius est, etiam gaudens pro temporum illorum ratione membris & in cisis similiter cadentibus & similiter desinentibus.

*SIXTVS SENENSIS LIB. IV.
Bibliotheca Sancta.*

GREGORIUS Pontifex Maximus, eius nominis primus, patria Romanus, ex clarissima Senatorum familia, Felicis Papæ Quarta pronepos, monachus quondam & leuita, vir sanctitate ac miraculis clarus, eruditione insignis, & in explanatione diuinorum voluminum tam inuisibili quàm visibili Spiritus sancti illustratione edoctus, omnes ferè sanctas Scripturas partim per homilias, partim per commentaria explicauit: quorum maiorem summam nondum in plura exemplaria multiplicatam, statim post mortem eius æmuli flagitiosissimi exusserunt, veriti ne sanctitatis & doctrinæ gloria scriptorum monumentis ad posteros perueniret. In Homilijs atque his potissimum quas ad populum habuit, inter ipsa Missarum mysteria, breui & succincta diuinæ lectionis elucidatione vsus est. Contra verò in Commentarijs coaceruato explanationis genere delectatus, diuinæ literas locupletissima sensuum ac sermonis copia profusissimè enarravit, ubiq; fermè obseruans modum & ordinem exponendi talem.

In primis iacto historiarum fundamentum, literarum contextum iuxta duplicem editionem, veterem, scilicet quæ Italica dicta est, & nouâ Hieronymi breui

breuiter & carptim percurrere edisserit. Secundò ex historiarum verbis Allegoriæ & Anagogiæ (quæ idem apud eum sunt) varios fontes, imò copiosissimos amnes deducit. Tertio Allegoriarum sensus ad ædificationem Ecclesiæ, in exercitium moralitatis inclinat, & allegoricos fluuios ad irriganda moralium virtutum sata deriuat, tantaque de virtutibus ac vitijs efficacia loquitur, vt ea videatur non solum verbis exponere, sed formis quodammodo visibilibus & palpabilibus demonstrare.

Claruit Gregorius sub Mauritio Augusto, morturque anno secundo Phocæ Imperat. hoc est anno Domini 605, cum Romano Pontificatu præfuisset annis 13. & mensibus 6. Hæc Senensis.

*FRANCISCVS RIBERA, SOCI-
etatis Iesu Theologus, Proæmio
in Malachiam.*

GREGORIUS est quem ego non solum notæ ac dies legi, & iterum atque iterum reuolui, sed ad verbum etiam, si fieri posset, cuperem edisci. Eum cum lego soleo in Dei laudem & in gratiarum actionem excitari, quod talem tantumque Doctorem dederit Ecclesiæ. Equidem ita iudico cum de libris moralis expositionis Iob sermo incidit, nullum habere librum Ecclesiæ, præter eos qui diuinitus inspirati sunt, illis doctiores aut vtiliores. Per eius libros inoffenso pede currere licet, nihil timendum, nihil non Catholicum, nihil non eruditum; vt est ubique grauis, maturus, religiosus, elegans, doctus, acutus, eloquens; quàm absconditos sensus eruit, quàm vtilis,

quàm moribus formandis aptos? Melius anima
 difsecat, & minutissima quæq; & valde recondi-
 ta ob oculos ponit, quàm peritissimi medici cor-
 pora. Quid relinquit in scripturis quod non ver-
 set, quod non elucidet? Quid excogitari summo inge-
 nio potest, quod non inueniat? Quid vtile esse potest
 ad probandū, quod illū fugiat? Eius libros vt op-
 timos morum & sanctitatis magistros, & vt locu-
 pletissimum scripturarum promptuarium adema-
 mus, atque ille se in hoc genere valde profecisse
 existimet, cui valde placebit Gregorius. Equi-
 dem arbitror, si vel eius vnus libri studiosè le-
 gantur, præstantissimos indè scripturæ exposito-
 res concionatoresq; prodire posse. Vide reliqua
 apud eundem Riberam, loco citato.

HIERONYMVS PLATVS. LIB.

III. de Bono status religiosi.

Cap. XI.

GREGORIVS totus est moralis; quo in gene-
 re mirificè excellit, idemq; suauissima qua-
 dam exemplorum ac similitudinum copia
 lectorem retinens, eumq; tum ad virtutem do-
 ctrina erudiens, tum etiam styli lenitate ac veri-
 tate demulcens.

IDEM LIB. II. CAP. XXVIII.

GREGORIVS magnus, Romæ monasticam
 vitam in S. Andree cœnobio ex S. Benedi-
 cti formula vixit. Cuius quidem præclara
 facta quàm diu Pôrtificale munus sustinuit, quod
 fuit annis tredecim, liberalitatem in pauperes,
 vigilantiam aduersus hæreses, constantiam ad-
 uersus ipsos principes, patientiam in perferendis

dis corporis morbis, studium & attentionem in
 omnibus gregis sui partibus curandis, diligentiam atq;
 vbertatem in libris conscribendis, & e-
 am, quæ hæc ornabat omnia, incredibilem ani-
 mi modestiam atq; humilitatem; ac deniq; veras
 omnes virtutes, miracula etiam & saluberrimas
 Ecclesiæ constitutiones, quid attinet recensere,
 cùm & infinita sint, & ita fermè omnibus nota
 atque illustria, ac si nostra ætate vixisset?

PETRVS DE BOLLO THEO.

*logus Parisiensis, in Oecumenica Ca-
 nonica, III. classe S. I.*

Cap. IV.

VTINAM ad D. Gregorij primi Romani
 Pontificis imaginem sese, nostri temporis
 Prælati & Episcopi componerent; qui cùm
 infirma esset corporis structura afflictaq; valetu-
 dine, tamen pluribus munijs obeundis & vnus &
 solus sufficiebat; peragebat sacra solennia, con-
 cionabatur apud populum, Scholæ literariæ cu-
 ram gerebat, componebat ritus ac conciones Ec-
 clesiæ: tot volumina, tot Epistolas conscripsit,
 tot erudit catechumenos, eruditos examinat, sa-
 cris iniciat, iniciandos excutit num sint idonei,
 Regum tumultus componit, schisma molienti-
 bus obstitit, singulis Ecclesijs præficit idoneos
 Pastores, nec hoc contentus in longinquas regio-
 nes delegat Apostolica pietate præditos, qui gètes
 efferas & agrestes componant ad Philosophiam
 Euangelicam, ad disciplinam Ecclesiæ Catholicæ,
 nihilo segnior interim in priuatis officijs, dum
 inquit ægrotos, dum increpat delinquentes,
 dum extimulat cessantes, dum consolatur afflic-
 ctos,

Eos, dum erigit pusillanimes, dum opitulatur oppressis, dum dissidentes redigit in cōcordiam, dum adest morientibus; interdum in die sapius sedebat audiendis causis, egenos & pupillos tuebatur inter fori decisiones: in quo sacro officio turpe est mehercle Episcopis excusare otium, cui vel soli ceteris omnibus negotijs excussis toto pectore vacandum. Hæc ille.

AUCTOR AD BENEVOLVM LECTOREM PRO ASSERTIONE LIBRO- rum B. Gregorij.



VM ha laborum nostrorum primitiæ, benevole ac studiose Lector, ex ipsis B. Gregorij re & nomine Magni lucubratiōibus pro tuendis stabiliendisq; nostra Catholica fidei dogmatibus desumpta sint. facturum me opera pretium putavi, si paucis hic demonstrarem libros illos, quos sub Gregorij nomine in singulis Articulis citamus, quosque ipsa mater Ecclesia prognis ijs habet, non adulterinum aut supposititium, sed verum ac legitimum huius Auctoris esse factum.

Ac primum quidem de Moralibus libris nemini vquam dubium fuit, quin Gregorius ipse horum esset Auctor. Inde namque est quod octauum Toletanum Concilium, Martini Papæ temporibus celebratum, affirmet Gregorium & vita meritis honorandum, & in assertionibus ethicis cunctis penè præferendum. Memini & ipse horum librorum in Præfatione ad

Leand-

PRÆFATIO.

Leandrum Hispalensis vr̄bis Episcopum, cuius rogatu hoc opus conscripsit: *Quanti autem hosce in Iob Morales libros antiqui sæculi Patres fecerint, ipso etiã Gregorio teste apparet: qui quod Episcopi eos iam dum adhuc in viuis esset, legere publicè ad Vigilias cœpissent, humilitatis causa fieri hoc prohibuit. Nam quia (inquit epist. 22. lib. 10.) non est illud opus popolare, idcirco rudibus auditoribus impedimentum magis quàm prouectum generat. Sequitur liber, cui titulus est, de Pastorali cura, opus sanè præclarum ac tali Pastore, hoc est totius Christianæ Reipub. Primate dignissimum, atq; in ipso sui Episcopatus exordio conscriptum, vti cõstat ex epist. 46. ca. 90. libr. 4. in quo quales Episcoporum aliorumq; Ecclesiæ Prælatorum functiones atq; occupationes esse oporteat, tam piè atq; eruditè complectitur, vt etiam Græcarum Antistites Ecclesiarum, vt ad huius sanctissimi viri instituta se & alios suæ curæ concreditos conformarent, hunc librum ex Latino in Græcum sermonem transfererint. Insuper & quatuor Dialogorum libros de Italicorum Patrum miraculis composuit, vt ipsemet testatur epist. 50. c. 89. l. 2. ad Maximinum Syracusanæ vr̄bis Episcopum, in hac verba scribens: Fratres mei, qui mecum familiariter viuunt, omnimodò me compellunt aliqua de miraculis Patrum, qua in Italia facta audiuimus, sub breuitate scribere. Atq; ideo Ioannes Damascenus, item Euthymius cateriq; Græci Scriptores horum Voluminum auctorem Gregorij Dialogum appellant. Scripsit autem hoc opus, sui Pontificatus anno quarto, vt colligi potest ex libr. 4. cap. 30. cùm pestilentiam (qua primo anno suæ sedis Romam affli-*

P R A E F A T I O.

affixit) ante triennium esse grassatā affirmat. Quanti verò hosce Dialogorum libros Zacharias Papa fecerit, apertè liquet ex Ioanne Diacono lib. 4. cap. 75. vbi ait, Zachariam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopum Græco Latinoq; sermone doctissimum temporibus Constantini Imperatoris, post annos ferè centum septuaginta quinque, eos pro orientâlibus Ecclesijs in Græcam linguam transtulisse. Vnde & Hadrianus Papa in epistola, quam scripsit ad Carolum Magnum non semel eosdem S. Gregorij citat Dialogos. Quare non mirum si Magdeburgenses in suis Centurijs, alijsq; nostræ ætatis heretici, qui vniuersali Ecclesiæ atq; etiam manifestæ veritati bellum indixerunt, horum librorum auctoritatem imminuant: mouet enim eos tantorum miraculorum, per quæ Missarum pro defunctis oblatio, item Purgatorij ignis assertio, aliq; Ecclesiæ Catholica dogmata confirmantur, nõ minus copiosa quàm veridica enumeratio. Scripsit quoq; B. Gregorius in Cantica Canticorum, vt constat ex Epist. 22. lib. 10. sic namq; ait: Quia me loquentem de Prouerbij, de Canticis Canticorum, de Prophetis, de libris Regum & de Heptateucho audierat (Claudius scilicet Claustrana ciuitatis Abbas) que ego scripto tradere præ infirmitate non potui, ipse ea suo stylo dictauit, ne obliuione deperirent, vt apto tempore hæc eadem mihi inferret, & emendatius dictarentur. Vnde apparet Gregorium, etsi ex professõ quidem huc super Cantica Commentarium nõ scripserit, de ijs tamè ad populũ verba fecisse, atq; ab alijs excepta esse. Homilias autem in Ezechielem viginti duas, duodecim scilicet in tria prima capita, quæ li-

bro

P R A E F A T I O.

bro primo continentur, & decem in cap. 40. de visione edificandi templi, quæ secundum librum occupat, à Notarijs exceptas & tandem recognitas ad populum habuit, cum grauissimis & animi & corporis doloribus premeretur, vrbig; obsidionis calamitas, ad quã festinabat Longobardorũ Rex, immineret. Vide vtriusq; libri Prefationem, & finem totius commentationis, vbi conqueritur se multis curis obrutum non potuisse absoluerè Ezechielis librum, timoreq; percussum non vbiq; attigisse mysticum sensum, ad quem penetrare mens turbata non sufficit. In Euangelicis lectiones, quæ in sacris Missæ mysterijs leguntur, ad emendationem adificationemq; fidelium Homilias quadraginta partim dictauit, vt plebi assistenti per notarium recitarentur, partim coram populo ipse, viuua voce Notario excipiente, explanauit, vt asserit in Prologo Homiliarum. Et in epist. 53. lib. 7. ad Secundinum (cui hos libros à se recognitos dicauit) sic de his scribit: Transmisi duos Homiliarum codices, quas dixi in Ecclesia dum adhuc loqui praualerè, vt quia ipse te videre, tibiq; sedulè colloqui non possum, charitati tuæ vel per ea quæ scribere valui, absens non sim. Edidit præterea B. Augustini secutus enarrationes moralem Commentarium in septem Psalmos penitentiales, breuem quidem, sed facili fidelig; interpretatione. Idq; videtur innuere, cum Ioanni Subdiacono Rauennæ scribens de Maritanone publicè legi Commenta in Iob pateretur, ait Epist. 22. lib. 10. Dic ei vt cõmentum Psalmorum legi ad vigilias faciat, quæ mentes secularium ad bonos mores præcipuè informet. In libros quoq; Regũ inchoata expositionis volu-

mina

P R A E F A T I O.

mina sex conscripfit, quibus vt ipsemet asserit, primus omnium Latinorū aggressus est continuatam in hofce Regum libros expositionem; de quibus duntaxat sedecim prima primi libri capita exponenda suscepit, vt ex eo labore periculum faceret, si vltra progredi posset explanando. Vnde & fusior est in duobus prioribus libris quam in ceteris quatuor. Postremū Epistolarum libros tot memoratur ad diuersos scripsisse, quot annos in Pontificatu fuit; ex quibus plures desumpta sunt distinctiones & regula, qua in decretis recensentur. Scripsit quoq; B. Gregorius librum Sacramentorum & Antiphonarum, licet nos rarius illis vsusimus, propterea quod tantum rationem diuinarum officiorum contineant. Capita autem distinctionem illam in citandis locis sequimur, prout in antiquioribus & correctioribus exemplaribus inuenitur, qua & Bellarminus vsus est: qua tamen etiam in ipsis recentioribus editionibus in margine posita est. Hac volui, ne scius ne esses, interim vale humanissime Lector, & nostros hosce qualescung; pios conatus Omnipotenti Deo tuis precibus studiosè commenda.

CON.

CONFESSIO^S

G R E G O R I A N A E

LIBER PRIMVS, DVODE-
cim Capita comple-
ctens.

C A P V T P R I M V M

De Deo.

1. Deum esse ne paganis quidem fuisse in-
cognitum.



QUONIAM omnes homines vident eum, & vnusquisque intuetur procul. Omnis homo eo ipso quo rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum qui se condidit Deum esse. Quem mirum iam videre, est dominationē illius ratiocinando conspicerē. Cum verò dictum sit, Omnes homines vident eum, rectè subiungitur: Vnusquisque intuetur procul. Procul quippe eum intueri, est non iam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Lib. 27. Moral. cap. 3.

Sed cum dicitur: Memento quod ignores opus eius, ac deinde subiungitur: Omnes homines vident eum, quem sicut diximus, videre, est transcendentem omnia eius essentiam ex ratione colligere, valde mirandum est quod & ipsum cernimus, & eius opus ignoramus. Dubij quippe de eius essentia non sumus, & tamen in eius iudicijs incerti remanemus. Patet nobis quod summum est, absconditur quod minimum. Minus quippe sunt eius opera quam ipse, &

Iob. 36.
Ex ratione
& rebus naturalibus
possumus
scire Deum
esse, eumq;
cognoscere.

Iob. 36.
Deum esse,
Philosophi
sciuerunt;
sed qualis
esset, igno-
rauerunt.

AGCA

agentem cernimus, sed in actione caligamus: quia videlicet cur quid fiat, incertum est: sed quis sit qui hæc incerta faciat, incertum non est. Dicat ergo: Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri, omnes homines vident eum: vnusquisque intuetur procul, quia eum cuius iudicia minime comprehendimus, esse per rationem videmus: quem tanto adhuc procul cernimus, quanto ab eius fortitudine nubilo infirmitatis nostræ separamur. *Libro 27 Moral. cap. 3.*

Bene Paulus de quibusdam Deum intelligētibus, sed non honorantibus insinuat, dicens: Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Ecce est peccatum & causa peccati. Ex qua causa quid sequitur adiungit: Et obsecratū est insipientes eorum. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Ecce est peccatum solummodo. Et pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc peccato & aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia igitur cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, ex eo peccato & causa peccati ad hoc quoque perducti sunt, vt ad cultum serpentium & volucrum laborerent. *Homil. II in Ezech.*

Rom. I.

Philosophi
etiam cogno-
uerunt Deū,
non tan. 1
vt Deū glo-
rificauerūt.
Ezech.

Iob. 48.

2. Deum esse incorporeum.

SI habes brachium sicut Deus, & si voce simili stonas.] Quia humanum genus beatus Iob meritis transcendebat, cum pius conditor & eruditor ad considerandam similitudinem suæ magnitudinis prouocat, vt cognita tanta dissimilitu-
dine,

dine, in humilitate se premar. Sed cum in Deo vox & brachium dicitur, cauendum summopere est, ne quid in eo mens corporeum suspicetur. In Anthropomorphitarum namque hæresim cadere est, cum qui incircumscriptè implet & circumplectitur omnia, intra corporalia lineamenta concludere. Sed omnipotens Deus, ad sua nos trahens, vsque ad nostra se humiliat, atque vt alta infinet, humilibus descendit, quatenus paruulorum animus rebus cognitis enutritus, ad inquirenda exurgat incognita, atque ab eo qui longe super ipsum est, quedam iuxta se audiens, quasi quibusdam ad illum passibus moueatur. Vnde fit, vt per scripturam suam aliquando à corporibus hominum, aliquando à mentibus, aliquando verò ab auibus, aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longè dissimiles in se similitudines trahat. Plerumque enim à corporibus hominum in se similitudinem trahit, sicut de eo Prophetas dicit: Qui tetigerit nos, tanget pupillam oculi eius. Et sicut de eo rursus speranti homini per Prophetam dicitur. In scapulis suis obumbrabit tibi. Constat nimirum quod in natura sua nec oculum Deus, nec scapulas habeat; sed quia nos per oculum cernimus, in scapulis verò quæra sustinemus, Deus quod omnia videt, oculum habere perhibetur, quia verò nos tolerat, atque eo ipso quo tolerat seruat, obumbrare nobis in scapulis dicitur: ait enim. In scapulis suis obumbrabit tibi. Ac si diceretur peccatori homini, & post peccatum veniam deprecanti: Ea pietate Dominus te protegit, quæ te pietate tolerauit. Obumbrat enim in scapulis suis, quia dum portat defendit. *Libr. 32. Moral. cap. 4. & 5.*

[Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat.] Non quod incorporea & incircumscri-

Contra An-
deanos sive
Anthropo-
morphicas.
Epiph. her.
*70. & Atha-
nas. in Orat.*
ada. Arian.
Grego. epist.
*6. ad Pam-
mach. in c. 4.*
*cont. Anthro-
pomorphitas*

Zach. 2.

Psal. 90.

Deus enim
fit incir-

anim script^o
& incorpo-
reus, quare
dicatur cor
& animam
habere.

pta Dei substantia, cor & animam habet, sed sic lo-
quitur homini vt homo homini loqui solet, vt per
hoc quod ex verbo suo audiens homo cognoscit, a-
pertè sciat, quid etiam velit Deus. Quod profectò di-
ci simplicius potuisset. Qui faciat voluntatem meâ,
In cap. 2 lib. 1. Reg.

3. *Quid sit Deus, ineffabile nobis esse, & incom-
prehensibile.*

Diuinitas
sicuti est, ne
quaquam
se mortali-
bus homi-
nibus infi-
nuat.

Exod. 24.

Quid sit
Deus, perfe-
ctè humana
lingua ex-
primi non
poteft.

Dei inuisi-
bilem natu-
ram confi-
derare non
possumus.

VOX Dei quasi aure lenis auditur, quia in hac
adhuc vita positus contemplatoribus suis ne-
quaquam se diuinitas sicut est, insinuat: sed
lippientibus mentis nostræ oculis, claritatem suam
tenuiter demonstrat. Quod bene ipsa legis acceptio-
ne signatur, cum dicitur: quia Moyses ascendit, &
Dominus in montem ascendit. Mons quippe est ip-
sa nostra contemplatio: vt, ad ea quæ ultra infirmita-
tem nostram sunt videnda subleuemur. Sed in hanc
Dominus descendit, quia nobis multum proficien-
tibus, parum de se aliquid sensibus nostris aperit, si
tamen dici in illo vel parum vel aliquid potest, qui
vnus semper & idem permanens, intelligi pariliter
non potest, & tamen à suis fidelibus participari dici-
tur, cum in eius substantia pars nullatenus admitta-
tur. Sed quia hunc exprimere perfecto sermone non
possumus, humanitatis nostræ modulo quasi infan-
tiæ imbecillitate præpediti, eum aliquatenus balbu-
tando resonamus. *Lib. 5 Moral. cap. 25 & 26.*

[Et ostium contra ostium.] Hoc loco, *contra* non
ad aduersitatem ponitur: sed ad rectitudinem. Ostiū
enim contra ostium est, quia per aditum fidei, aperit-
ur aditus visionis Dei. Si quis verò vtraque hæc os-
tia in hac vita velit accipere, neque hoc à salubri in-
telligentia abhorret. Nam sæpe volumus omnipo-
tentis Dei naturam inuisibilem considerare, sed ne-
quaquam valemus: atque ipsis difficultatibus fatiga-
ta ani-

ma anima ad semetipsam redit, sibi que de se ipsa gra-
dus ascensionum facit: vt primum semetipsam, si va-
let, consideret, & tunc illam naturam quæ super ipsam
est, in quantum potuerit, inuestiget. Sed mens nostra
si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaquam
vel se vel animæ naturam considerare sufficit: quia
per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacu-
la cæcatur. *hom. 17. in Ezech. Et post pau. a.* Sed ab hoc os-
tium ad illud tenditur, vnde de natura Dei omnipo-
tentis aliquod contempletur. Anima itaque in cor-
pore, vita est carnis. Deus verò qui viuificat omnia,
vita est animarum. Si igitur tantæ est magnitudinis
vt comprehendere non possit vitæ viuificata, quis in-
tellectu comprehendere valeat, quantæ maiestatis sit
vita viuificans: &c. *Ibidem.*

Videmus nunc, sicut ait Apostolus, per speculum
in ænigmate. Impossibile est enim vt quis lutei hu-
ius corporis ergastulo inclusus, aut mortalis carnis
circumseptus volutabro, ascendentem super Cheru-
bin & super pennas ventorum volantem Deum con-
spiciat, vel quanta sit eius potentia diuinitatis agnos-
cat. Vnde per Ioanem dicitur, Deum nemo vidit vn-
quam. Et Moysi Deū videre quærenti, responsum est
à Domino: Non videbit me homo & viuere. Quod si
tanta claritas est Solis, vt oculis in eum corporalibus
non valeamus intendere, quanta est illius claritas qui
fecit Solem, vt eum possimus in hac vita qua sumus
corruptione videre? Ipsum verò per speculum in æ-
nigmate intueri, quod humili aduentu sponsi acce-
pit Ecclesia, illius æternæ visionis signum est, & futu-
ræ perfectionis imago, in qua non iam per fidem,
sed per speciem ambulabimus, & reuelata facie ip-
sam diuinæ maiestatis gloriam irreuerberatis ocu-
lis conspiciemus. *Prologo in 6. Psalmi penitent.*

Quid mirum si æterna Dei sapientia conspici non
valet, quando ipsa quoque inuisibilia quæ per eam
condi-

Comparatio Dei cum
anima; vt
sicuti hanc
videre non
possumus, ita
etiam
omnipoten-
tis Dei natu-
ram perferu-
tarinon va-
lemus.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

Exod. 3.

Ex rebus
creatis per-

sume aliqua
tenus crea
torem cog
noscere.

condita sunt, humanis oculis comprehendere non possunt. In rebus ergo creatis discimus Creatorem omnium quanta humilitate veneremur: vt in hac vita vsuare sibi de omnipotentis Dei specie mens humana nil audeat, quod solum electis suis primum in subsequenti remuneratione seruat. *Libr. 19. Moral. cap. 1.*

4. *Quis sit sensus habendus de Deo.*

Quicquid de omnipotente Deo humana mens potest cogitare, Deus non est. Sed dum cogitando cuncta transcendit, dum quicquid potest intimæ lucis, quicquid internæ suauitatis & dulcedinis, quicquid spiritualis delectationis sibi fingere, minus illa esse creditur: ad quandam lucem tamen peruenit, quæ non est Deus, sed quam inhabitat Deus. Et quia tunc electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter reficitur, ineffabiliter delectatione fruuntur: cogitare compellitur, quam ineffabilis lux, dulcedo & delectatio sit, quæ ipse est, si tamen immensa lux est illa quam inhabitat, & non est ipse. Ad Dominum quippe in Berhel Moyses ascendebat, quando cum eo in monte loquebatur. Sed qui ad lucem peruenerat, quam inhabitat Deus: lucem, quam ipse Deus erat, quærebat dicens: Ostende mihi faciem tuam. De quo etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi Dominus facie ad faciem. Quid est, quod facie ad faciem Moyses cum Domino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, vt faciem suam Dominus ostendat: Sed facies Dei, cognitio eius est. Cognoscitur autem Deus per speculum, cognoscitur per seipsum. *in 1. Reg. cap. 10.*

Exod. 33.

Cum æterna illa essentia summum videlicet & simplex bonum in semetipso sit, tamen quia reuelatione maiestatis suæ omnia illorum beatorum spirituum desideria satiat, hanc esse Doctor egregius demonstrat: vnde & caute non in semetipso Deus o-

mita;

mita, sed in omnibus omnia esse prædicat: quia qui in natura sua vnum & simplex bonum ineffabiliter existit, tot bona est bonis omnibus, quor ipsi omnes de contemplatione gloriæ adimplentur gaudijs. *In 2. cap. lib. 1. Reg.*

[Etiam si locutus fuerit homo deuorabitur.] *Joh. 37.* Omne quod aliquid deuorat, hoc introrsus trahens, ab inuentium oculis occultat, & rem quæ videri in superficie potuit, in profundum rapit. Homo igitur cum de Deo tacet, per rationem in qua est conditus, esse aliquid videtur. At si loqui de Deo ceperit, illicò quàm sit nihil ostenditur: quia magnitudinis illius immensitate deuoratur, & quasi in profundum raptus absconditur: quia fari ineffabilem cupiens, ipsa suæ ignorantie angustia deglutitur. Loquitur enim caro de spiritu, circumscriptus spiritus de incircumscripito, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de viuificante, & cum in tenebris positus internum lumen sicut est nesciat, homo de æternitate differere cupiens, cæcus de luce loquitur. Si ergo locutus fuerit homo, deuorabitur: quia si effari homo æternitatem sicut effasset, etiam hoc sibi subtrahit, quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce æternitas tunc hominibus verè innotuit, cum se eis humanitate suscepta monstrauit. *Libro vigesimo septimo Moralium, capite vigesimo sexto.*

Homo cum de æternitate differere cupit, quasi cæcus de luce loquitur

5. *Scripturam multis in locis, dum de Deo loquitur, ad captum & sensum nostrum sese accommodare.*

Mvtatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.] Longè ab hac sententia vetusta translatio distonat: quia quod in hac de Deo dicitur, hoc in illa

Joh. 20. Dissonantia vetust. tras lationis.

Commedia
tio huius
mouet trans
lationis.

Omne quod
de Deo dicitur
et ipso
indignum
est, quo dicitur
ponit.

Exod. 34.

Num. 11.

Genes. 6.

1. Reg. 15.

Psal. 85.

Rom. 8.

In Deo nec
ira, nec poenitentia,
nec vlla alieni
passio
nes sunt, sed
pro nostro
capiti ha

de aduersarijs ac persecutoribus memoratur. Sed tamen quia hæc nqua trāslatio ex Hebræo * nobis Arabicoque eloquio cuncta verius transfudisse perhibetur, credendum est quicquid in ea dicitur: & oportet vt verba illius nostra expositio subtiliter rimetur: ait ergo: Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. In scriptura sancta cum de Deo aliqui indignum dicitur, mouetur legis animus, velut si aliquando de Deo aliqui indignū dicitur. Penē omne niquequod de Deo dicitur, eo ipso iam indignum est, quo potuit dici. Nam cuius laudi non fufficit obstupefcens conscientia, quando fufficiet loquens lingua? sanctus ergo Spiritus hoc ipsum hominibus intelligentibus insinuans, quā sint ineffabilia summa etiam verba diuina, his verbis nonnunquam de Deo vtitur, quæ apud homines habentur in vitio, vt ex his quæ indigna videntur hominibus, & tamen dicuntur de Deo, admonentur scire homines, quia nec illa iam de Deo digna sint, quæ dum digna habentur apud homines, digna putantur Deo. Dicitur. u. Deus zelans, sicut scriptum est Dominus zelator nomen eius. Dicitur iratus, vnde scriptum est: Iratus est Dominus contra Israel. Dicitur Deus poenitens, sicut scriptum est: Poenitet me fecisse hominē super terrā. Et rursus: Poenitet me quod cōstituerim Saul Regē in Israel. Dicitur misericors, sicut scriptum est: Misericors & miserator Dominus, patiens & multum misericors. Dicitur præcius, sicut de illo ait Apostolus. Quos præciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: dum nec zelus, nec ira, nec poenitentia, nec propriæ misericordia, nec præscientia possit esse in Deo. Hæc namque omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta sunt, dum ad nostræ infirmitatis verba descenditur, vt quasi quibusdam nobis gradibus factis, & iuxta nos positis, per ea quæ nobis vicina conspiciamus, ad summa eius

ascen-

ascendere quandoque valeamus. &c. *Libr. 20. Moral. cap. 24.*

* Notabeneuole Lector, Hieronymi versionem ex Hebræo in Latinum non modò hoc tempore prouidè à sacra Tridentina Synodo esse sancitam, verum etiam prisca illis antiqua Ecclesie Patribus in vsu fuisse. Statim namque ab ipsis Hieronymi temporibus ea vii capere, vt patet ex Epistola 10. Augustini ad Hieron. & libr. 18 de ciu Dei, ca. 43. Itaraten vt etiam alia editio antiqua non contemneretur: quod manifestum constat ex ipso Gregorio in Epist. ante præfat. in lib. Moral. cap. 5. vbi dicit suo tempore Romanam Ecclesiam vtraque editione vii consueuisse, id est, antiqua versa ex Græco: & noua Hieronymi, versa ex Hebræo: sic namque ait: Nouam translationem differo: sed vt comprobationis causa exigit, nunc nouam nunc veterem per testimonia assumo: vt quia Sedes Apostolica (cui anthore Deo præsideo) vtraque vtitur, mei quoque labor studij ex vtraque sulciatur. Post tempora autem Gregorij videntur omnes Latine editiones euansisse, præter vnā istam, quam nunc veterem & Vulgatam vocamus: que vt verbis est faciliior, ita etiam Hebraice veritati multo est conformior. Vnde Isidorus Hispalensis vrbis Episcopus, & B. Gregorij Pape discipulus libr. 6. Etymolog. cap. 5. Presbyter, inquit, Hieronymus trium linguarum peritissimus, ex Hebræo in Latinum eloquium diuinas Scripturas conuertit, eloquentique transfudit, cuius interpretatio merito ceteris anteponitur. Et libr. 1. de Offic. diuin. cap. 12. de Hebræo, inquit, in Latium eloquium tantummodo Hieronymus Presbyter sacras Scripturas conuertit, cuius editione generaliter omnes Ecclesie vsquequaque vtiuntur, eò quod veracior est insententijs, & clarior in verbis. Hæc ille, cui subscribit Rabanus lib. 2. de institut. clericor. cap. 54. vnde rectè hoc in loco Gregorius ait, nouam hanc translationem ex Hebræo (que haud arbio Hieronymi est) cuncta nobis verius transfudisse: vii latius videre licet apud Bellarmin. tom 1. Controuersiarum lib. 2. de verbo Dei, cap. 9. 10. & 11. Ceterum

quandoque
ei tribuuntur.
Hieronymi
translatio,
etiam Gregorij
tempore in vsu
fuit.

Nota hæretice Gregorij non voluisse alia vti Bibliorum translatione, quā Romana Ecclesie præscriberet. B. Isidorus Gregorij fuit discipulus.

tutum quippe iam homini est: vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat; ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. *Libr. 12. Moral. cap 1*

Diuina pro-
uidentia nō
solum vni-
uersa, verū
etiam singu-
la gubernan-
tur.

Deus quie-
tē & sine vl-
la sollicitu-
dine guber-
nat omnia.
Deus sic in-
tendit om-
nibus, vt ad-
sit singulis:
sic adest sin-
gulis, vt si-
mul omni-
bus nun-
quam desit.

Præsens Dei
vultus, sunt
pascua cle-
ricorum.

Sic intenduntur diuina iudicia super vnā ani-
mam, sicut super vnā urbem: sic super vnā gen-
tem, sicut super vniuersam generis humani multitu-
dinem: quia & sic intendit Dominus singulis ac si va-
cet à cunctis; & sic simul intendit omnibus, ac si va-
cet à singulis. Qui enim omnia administrando im-
plet, regit implendo, nec vniuersis deest, cum dispo-
nit vnum; nec vni deest, cum disponit vniuersos, cū-
cta scilicet naturæ suæ potentia quietus operatur.
Quid ergo mirum, quia nō angustatur intentus, qui
operatur quietus? Dicatur itaque quia hoc subtile iu-
diciū exercet & super gentem, & super omnes ho-
mines. *Lib. 25 Moral. cap. 19*

Deus dum sit semper omnipotens, sic intendit om-
nibus vt adsit singulis: sic adest singulis, vt simul om-
nibus nunquam desit. Nam etsi quosdam peccantes
deserit: eisdem tamen adest per iudiciū, quibus de-
esse cernitur per adiumentum. Sic itaque exteriora
circumdat, vt interiora impleat: sic interiora implet,
vt exteriora circundet: sic summa regit, vt ima non
deserat: sic imis præsens est, vt à superioribus non re-
cedat: sic later in sua specie, vt tamen cognoscatur in
operatione: sic cognoscitur in suo opere, vt tamen
comprehendi non valeat à cognoscentis æstimatio-
ne, &c. *Lib. 16 Moral. cap 5.*

8. Deum esse summum bonum, in quo vita beata
consistit.

PASCVA electorum sunt, vultus præsens Dei,
qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mēs
vitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis
satiatate lætati sunt, qui iam laqueos voluptuosæ
tempo-

temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici Angelorū
chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis so-
lemnitas à peregrinationis huius tristis labore rede-
untium. Ibi prouidi Prophetarum chori. Ibi iudex
Apostolorum numerus. Ibi innumerabilium Mar-
tyrum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto hic
durius afflictus. Ibi Confessorum constantia, premij
sui perceptione consolata. Ibi fideles viri, quos à viri-
litate suæ robore voluptas sæculi emollire non po-
tuit. Ibi sanctæ mulieres, quæ cum sæculo & sexum
vicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus tran-
scenderunt. Ibi senes, quos hic & ætas debiles reddi-
dit, & virtus operis non reliquit. *Hom. 14. in Euang. cir-
ca finem.*

Cherubin plenitudinem scientiæ dicimus, & ta-
men quis ibi aliquid nesciat, vbi ipsum omnes si-
mul fontem scientiæ Deum vident? Throni quoque
illa agmina quibus conditor præsidet vocantur: sed
beatus esse quis potest, nisi creator suus eius menti
præsideat? *Hom. 34 in Euang.*

Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus ca-
pere sufficit, illa supernæ ciuitatis quanta sint gau-
dia, Angelorum choris interesse, cum beatissimis
spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei
vultum cernere, incircumscriptum lumen videre,
nullo mortis metu affici, in corruptionis perpetuæ
munere lætari? Sed ad hæc inaudita inardescit ani-
mus, iamque illic cupit assistere, vbi se sperat sine fi-
ne gaudere: Sed ad magna præmia perueniri non po-
test, nisi per magnos labores. *Hom 37 in Euang. in prin-
cipio.*

Qui Creatoris sui claritatem vident, nihil in crea-
tura agitur quod videre non possint. *Homil. 40. in E-
uang.*

Quæ autem est visio consummata, nisi Dei omni-
potentis cognitio perfecta? Hanc profectò consum-
matam

Fons scientiæ & æternæ beatitudinis est Deus.

Nec oculus vidit, nec auris audiuit cœlestis regni quanta sint gaudia.

Nō nisi per magnos ad præmia magna labores

Dei omni-
potentis cog-

nitio, con-
summata
est visio.
1. Cor. 13.

Exod. 33.

Facies Dei,
est eius cog-
nitio.
Duobus mo-
dis Deo cog-
noscitur:
per speculū,
& per se ip-
sum.

matam visionem Doctor gentium insinuat, dicens:
Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc au-
tem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc
cognoscam sicut & cognitus sum. *In 1. Regum ca-
pit. 1.*

Quid est quod Moyses facie ad faciem cum Do-
mino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, vt fa-
ciem suam Dominus ostendat: Sed facies Dei, cogni-
tio eius est. Cognoscitur autem Deus per speculum,
cognoscitur per se ipsum. Per speculum hic, per se-
metipsum in celo. Speculum verò est illa lux,
quam habitat Deus: ipse autem lux illa, quæ ipse est.
Moyes autem qui facie ad faciem Deum videre
dicitur, & eius faciem ad videndum postulare, quid
rectius designat, quàm perfectionem electorum,
qui iam speculum illius summæ lucis intuentur,
sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere ve-
hementer cupiunt? Ista quidem cognitio lucis, e-
lectorum desideria satiare non nouit, sed excitare:
illa verò & satiare & excitare. Nam tam iucunda res
est, vt ineffabiliter concupiscatur; & tam plena, vt
qui iam semper hanc in magno desiderio videntur,
semper ineffabili plenitudine satientur. *In 1. Reg.
cap. 10.*

9. Deum esse vbique.

Deus cum
vbique præ-
sens sit, vi-
deri tamen
non potest.

DEVS sic adest vt videri nequeat: sic videri
non valet, vt tamen eius præsentiam ipsa sua
iudicia testentur: sic se nobis intelligendū
præbet, vt tamen ipsum nobis radium sui intel-
lectus obnubilet: & rursum sic caligine nos igno-
rantia reprimat, vt tamen menti nostræ radijs suæ
claritatis intermicet: quatenus & subleuata quip-
piam videat, & reuoluta contremiscat: & quia
eum sciri est videre non potest, aliquatenus vi-
dendo cognoscat. Sed hæc hæretici sanctam Eccle-
siam

sciam scire non æstimant: quia stulto iudicio solos se
esse sapientes putant. *Libro decimo sexto Moral. capite
quinto.*

Omnipotens Deus in semetipso habet sine im-
mutatione mutabilia disponere: sine diuersitate sui
diuersa agere: sine cogitationum vicissitudine diffi-
milia formare. Longe ergo dissimiliter operatur
dissimilia nunquam sibi dissimilis Deus, qui & v-
bique est, & vbique totus est. Ait enim: Cælum
mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meo-
rum. Et de ipso scriptum est. Qui cælum meti-
tur palmo, & terram pugillo concludit. Ex qua re
considerare necesse est: quia is qui cælum velut se-
dem præsidet, super & intus est. Et qui cælum pal-
mo, & terram pugillo concludit: exterius, superius
& inferius est. Vt ergo indicaret Omnipotens
Deus, interiorē se esse & superiorem omnibus,
cælum ipse sibi sedem perhibuit. Vt verò se osten-
deret omnia circumdare: cælum metiri palmo,
& terram se asserit pugillo concludere. Ipse est in-
terior & exterior: ipse inferior & superior: replen-
do, interior: circumdando, exterior. Sicque est in-
tus, vt portet: sic circumdat, vt penetret: sic præsidet,
vt portet: sic portat, vt præsideat. *Homilia 17. in E-
zechiel.*

[Si ad Orientem iero, non apparet; si ad Occi-
dentem, non intelligam eum: si ad sinistram, quid
agam? Non apprehendam eum. Si me veritatem
ad dexteram, non videbo illum.] Creator quippe
omnium in parte non est: quia vbique est. Et tunc
minus inuenitur, quando is qui totus vbique est,
in parte quæritur. Incircumscrip̄tus namque spir-
itus omnia intra semetipsum habet, quæ tamen
& implendo circumdat, & circumdando implet, &
sustinendo transcendit, & transcendendo susti-
net.

Deus vbique
totus est.
Esaie 66.
Esaie 4.

Omnia plē-
na Deo.

Iob. 23.

Deus in par-
te non est,
sed in toto.

Et post pauca: Creator autem noster qui vbique totus est, & cernens cuncta non cernitur, tanto magis metuendus est, quanto inuisibilis permanens, de nostris actibus quando & quid decernat ignoratur. *Libr. 16. Moral. cap. 15.*

Deus solus omnia vidit. *Deus est vbique sit, videtur tamen non potest.*

Quomodo Deus omnia tangat.

In solo Creatoris sui lumine fidei oculos animus figat, quod vnus viuificet omnia qui creauit Deus, quod vbique est, & vbique totus est: quod in circumscriptis & incomprehensibilis sentiri potest: & videri non potest, quod nusquam deest: & tamen ab iniquorum cogitationibus longè est: quod nec ibi deest vbi longè est, quia vbi non est per gratiam, adest per vindictam: quod omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Quædam enim tangit vt sint, nec tamen vt viuant & sentiant, sicut sunt cuncta insensibilia. Quædam tangit vt sint, viuant, & sentiant, nec tamen vt discernant, sicut sunt bruta animalia. Quædam tangit vt sint, viuant, & sentiant, & discernant, sicut est humana & Angelica natura. Et cum ipse nunquam sibi metipso sit dissimilis, dissimiliter tangit dissimilia. Quod vbique præsens est, & inueniri vix potest: quod stantem sequimur, & apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis quæ illa natura sit quæ tenet omnia, implet omnia, circumplectitur omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia, &c. *Hom. 8. in Ezech.*

10. Deum esse inuisibilem.

Iob. 28.

Quomodo sapientia abscondita sit ab oculis omnium viuentium. *I. Ioan. 4.*

Abscondita est ab oculis omnium viuentium] Sapientia quippe quæ Deus est, si omnium viuentium oculis occulta esset, hanc procul dubio nemo Sanctorum vidisset. Sed ecce huic sententiæ Ioannem audio concordantem, qui ait: Deum nemo vidit inquam. Rursumque cum testamenti veteris Patres intueor, multos horum teste ipsa sacræ lectionis historia, Deum vidisse cognosco. Vidit quippe

quippe Iacob Dominum, qui ait: Vidi Dominum *Genes. 32.* facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit Moyse Deum, de quo scriptum est: Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vidit idem Iob Dominum, qui dicit: Auditus auris audiuit, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Esaias Dominum, qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias vidi Dominum *Esaiæ 6.* dentem super folium excelsum & eleuatum. Vidit Michæas Dominum, qui ait: Vidi Dominum sedentem super folium sutum, & omnem exercitum caeli assistentem ei à dextris & à sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris Patres Deum se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia, quæ Deus est, dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viuentium, & Ioannes ait, Deum nemo vidit inquam, nisi hoc quod patenter datur intelligi: quia quàm diu hic mortaliter viuatur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: vt animâ gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius potentia non pertingat. *Lib. 18. Moral. cap. 36.*

Mens visibilibus intenta, videre nescit inuisibilem. Nulla enim nisi visibilia cogitat, eaque & cum non agit, eorum imagines introrsus trahit, dumque in imaginibus corporeis iacet, surgente ad incorporea non valet. Vnde fit, vt tanto deuius Creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus vnde iter fiat, quo ad eum nostræ intelligentiæ oculus veniat. Certè quem in se videre nullo modo valemus, hunc in seruis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis sit, in eorum mentibus Deum habitare &c. *Hom. 30. in Euang.*

Quomodo antiqui Patres dicant se Deum vidisse, cum sit inuisibilis.

Deus cum sit incorporeus & inuisibilis, corporeis oculis videri non potest.

Deum in se videre nullo modo valemus.

CAPVT SECVNDVM, DE Trinitate & vnitate Dei.

1. In diuinis esse Trinitatem personarum, & vnitatem essentia.

Genes. 3.
Abrahā tres
vidit, & vnū
adorauit.

Abraham pater vester exultauit, vt videret diē meum: vidit, & gauisus est. ¶ Tunc quippe diem Domini Abraham vidit, cū in figura summæ Trinitatis, tres Angelos hospitio recepit quibus profectō susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis est. *Homil. vigesima octaua in Euang.*

Vera requies in vnitate est. Diuidi quippe vnum non potest. Vbi enim scissura diuisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta & vnum, & sunt centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide Trinitatis exhibitā, ad requiem tendit, decem & septem ter ducimus, vt ad quinquaginta & vnum peruenire debeamus. Et quia vera nostra requies tunc est, cū ipsam iam claritatem Trinitatis agnoscimus, quam in vnitate diuinitatis esse certum tenemus, quinquaginta & vnum ter ducimus, & electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. *Homil. 24. in Euang.*

Etsi personarum Trinitas in diuinis laudibus canitur, tamen earū

Bene autem vnus vitulus immolatur; cū tres delati referantur: quia etsi personarum Trinitas, confessione fidelium in diuinis laudibus canitur, earundem personarum inseparabilis vnitas prædicatur.

Et post

Et post pauca. Hoc profectō insinuat, qui exoptans ait: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & meruant eum omnes fines terræ. Quasi tres vitulos ad tabernaculum duxit, qui Deum laudans, diuinitatis nomen eius repetendo, personarum proprietates exposuit. *in 1. Reg. cap. 1. in fine.*

Quia enim Deus Trinitas est, extinctam carnem vni geniti filij Sancta Trinitas, id est Pater, & idem Filius, & Spiritus sanctus resuscitauit. *lib. 12. Moral. cap. 4.*

In Euangelio Dominus dicit: Venit hora cū iam non in prouerbij loquar vobis, sed palā de Patre annuntiabo vobis. Palam quippe de Patre annūciare se asserit, quia per patefactam tunc maiestatis sue speciem, & quomodo, ipse genitōri non impar oriatur, & quomodo vtrorumq; Spiritus vtriq; cogiternus procedat, ostendit. Apertē namq; tunc videbimus, quomodo hoc quod oriundum est, ei de quo oritur, subsquens non est, quomodo is qui per processionem producit, à proferentibus non præitur. apertē tunc videbimus, quomodo & vnum diuisibiliter tria sint; vt indiuisibiliter tria, vnum. *Lib. 39. Moral. cap. 8.*

2. In diuinis quamuis plures personæ distinctæ sint, non tamen plures Deos, sed vnum esse Deum.

Arrius tres personas in diuinitate suscipiens, tres etiam Deos credidit. Quem contra Sabellium vnū Deum suscipiens, vnā credidit esse personā. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis suæ tramitem tenens, & vnum Deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, & tres personas asserens, vnum Deum contra Arrium confitetur. *Libro 19. Moralium cap. 14.*

Arrij & Sabellij errorē de Sanctissima Trinitate. Lege Genebrard. Doctōrē Parisiensis adu. Trinitarios.

Diuerſis temporibus huic mundo Dauid, Eſaias, & Paulus apparuit; ſed tamen nullus eorum alteri diuerſum ſenſit, quia etſi ſemetipſos non nouerant facie, vnum tamen didicerant ex diuina cognitione. Dauid quippe vt authorem omnium Deum in Trinitate oſtenderet, dixit: Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus. Ac ne tertio Deum nominans, tres Deos dixiſſe putaretur: illico vnitatem eiusdem Trinitatis inſinuans addidit; Et metuant eum omnes fines terræ. Qui enim non eos, ſed cum ſubdidit; vnum tria quæ dixerat intimauit. Eſaias quoque cum laudem de vnitatem Trinitatis aperiret, Seraphini voces exprimens, ait: Sanctus, ſanctus, ſanctus, ac ne tertio ſanctum nominans, vnitatem diuinæ ſubſtantię ſcindere videretur; adiunxit: Dominus Deus ſabaoth. Quia ergo non Domini Dij, ſed Dominus Deus addidit, vnum exiſtere quod tertio ſanctum vocauerat, indicauit. Paulus quoque vt operationem ſanctæ Trinitatis oſtenderet, ait: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Patetque vt vnitatem eiusdem Trinitatis intimaret, protinus addidit: Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Qui igitur non ipſis, ſed ipſi ſubdidit, vnum naturaliter, tria ſecundum perſonas innotuit, quod ſuperius tertio idipſum dixit. *Lib. 29. Moral. cap. 28. Eadem ſerè etiam habes hom. 16. in Ezech. & hom. 21. in Ezech.*

Pſalm. 66.

Eſaie 6.

Non tres eſſe Deos, ſed vnum Deum in Trinitate ſubſtantię.

Rom. 11.

3. *Hæreticos eſſe qui Filium aut Spiritum ſanctum creaturam, aut minorem Patre, aut diuerſa ab eo eſſentia ponunt.*

Spiritus ſanctus vnus eſt ſubſtantię cum Patre & Filio.

NOſtis plurimi, fratres mei, quod Græca locutione paraclætuſ, Latina aduocatuſ dicitur, vel conſolator. Qui ideo aduocatuſ dicitur: quia pro errore delinquentium apud iuſtitiam Patris interuenit. Qui vnus ſubſtantię cum Patre & Filio,

Filio, exorate pro delinquentibus perhibetur, quia eos quos repleuerit, exorantes facit. Vnde & Paulus dicit: Ipſe enim Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis: Minor eſt qui poſtulat quam qui poſtularur, quomodo ergo Spiritus poſtulare dicitur, qui minor non eſt? Sed ipſe Spiritus poſtulat: quia ad poſtulandum eos quos repleuerit, inſtat. *Hom. 30. in Euang.*

Rom. 8. Obieſtio.

Solutio.

In igneis autem linguis monſtratuſ eſt: quia idem Spiritus coæternuſ eſt Filio, & habet cognitionem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris eſt Filiuſ. Et quia vna eſt ſpiritus & verbi ſubſtantia, idem ſpirituſ monſtrati debuit in lingua. Vel certe quia per linguam procedit verbum, in lingua apparuit ſpirituſ: quia quiſquis ſancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id eſt vniſenitum Dei filium confeſſetur: & negare Dei Verbum non valet, quia iam ſancti Spirituſ linguam habet. *Ibidem.*

Cur Spirituſ ſanctuſ in igneis linguis apparuit.

CAPVT TERTIVM de Deo Patre.

1. *Ipſum eſſe Patrem qui Filium, hæreſim fuiſſe Sabellianorum.*

SAbelliuſ vnum Deum ſuſcipiens, vnam credit eſſe perſonam: ſed ſancta Eccleſia rectum prædicationiſ ſuæ tramitem tenens, & vnum Deum in vnus perſonæ anguſtias cogit. prædicans, tres perſonas contra Sabellium aſſerit. *Lib. 19. Moral. cap. 14.*

Sabelliani Trinitatem in vnus perſonæ anguſtias cogit.

Sciſtis fratres chariſſimi quia ipſe qui loquitur vniſenitum Filiuſ, Verbum Patris eſt: & ideo ſermo que loquitur Filiuſ, non eſt Filij, ſed Patris, quia ipſe Filiuſ Verbum eſt Patris. *Hom. 30.*

in Euang.

2. *Patrem non esse maiorem Filio secundum diuinitatem.*

Qui Filium
minorem
putat, Patri
derogat.

Ioan. 10. 14.

Filius mi-
nor Patre, se-
cundum hu-
manitatem.
Ioan. 20.

Ioan. 20.

Quid sit ad
Patrem as-
cendere.

Quid mirum si æqualis est Patri, qui prior est matre: Paulo quoque attestante didicimus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Qui ergo Filium minorem putat, Patri specialiter derogat, cuius sapientiam esse ei inæqualem fatetur. Quis enim homo potens æquanimiter ferret, si quis ei diceret: Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est: Ipse quoque Dominus dicit: Ego & Pater unum sumus. Et rursus ait: Pater maior me est. de quo etiam scriptum est, quia subditus erat parentibus suis. Quid ergo mirum, si ex humanitate sua minorem se Patre asserit in cælo, ex quo subiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariæ dicitur: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum: Deum meum, & Deum uestrum. Cum meum dicat, & uestrum, cur non communiter dicit nostrum? Sed distinctè loquens indicat, quia eundem Patrem & Deum dissimiliter habeat ipse quam nos. Ascendo ad Patrem meum, uidelicet per naturam: & Patrem uestrum, per gratiam. ad Deum meum, quia descendi: ad Deum uestrum, quia ascenderis. Quia enim & ego homo, Deus mihi est: quia uos ab errore liberati, Deus est uobis. Distinctè ergo mihi Pater & Deus est: quia quem ante sæcula Deum genuit, hominem in fine sæculorum me creauit. *Homil. 25. in Euang.*

[Nondum ascendi ad Patrem meum.] In corde etenim nostro tunc Iesus ad Patrem ascendit, cum æqualis creditur Patri. Nam quisquis eum æqualem Patri non credit, adhuc in eius pectore ad Patrem Dominus non ascendit. Ille ergo Iesum ueraciter tangit, qui Patri Filium coæternum credit.

In

In corde etenim Pauli iam ad Patrem Iesus ascendit, cum idem Paulus dicebat: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. uide Ioannes quoque redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt. Tangit ergo Dominum, qui eum Patri æternitate substantiæ æqualem credit, sed fortassis aliquis tacita quæstione pulsatur, quomodo Filius Patri æqualis esse possit. Qua in re humana natura quod admirando comprehendere non ualet, restat ut hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet namque quod ad hæc sibi sub breuitate respondeat. Contat enim quia ipse creauit matrem, in cuius uirgine uero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si æqualis est Patri, qui prior est matre? *Homil. 25. in Euang.*

Ad Phil. 2.

Ioan. 1.

Quid mirum
si Christus
æqualis est
Patri, cum
prior sit ma-
tre.

Quod ab aeterno Pater genuit Filium.

Quid esse fratres credimus, quod sudarium capitis Domini cum linteamibus non inuenitur in monumento, nisi quia Paulo attestante, caput Christi Deus, & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creaturæ transcendit naturam? Et notandum quod non solum separatim, sed & inuolutum inueniri dicitur in uoluolum: linteam quippe quod inuoluitur, eius nec initium nec finis aspicitur. Rectè ergo sudarium capitis inuolutum inuentum est: quia celsitudo diuinitatis nec coepit esse, nec desinit: nec per initium nascitur, nec termino coangustatur. *Homil. 22. in Euang.*

1. Cor. 1.

[Amen amen dico uobis, antequam fieret Abraham, ego sum.] Ante enim præteriti temporis est, sum,

Ioan. 8.

præsentis. Et quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum. Vnde & ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum: & dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Antequam ergo & post, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis, & recedere per cursum vitæ. Veritas verò semper esse habet, quia ei quiquam nec priori tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. *Hom. 18. in Euang.*

Christus non in parentum domo, sed in vâ nascitur, vt profectò ostenderet, quia per humanitatem suam quam allumpserat, quasi in alieno nascelatur. Alienum videlicet, non secundum potestatem licò, sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est: In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui ergo æternus permanens, temporalis apparuit, alinù est vbi descendit. *Hom. 8 in Euang.*

Ioan. 1.

An Filius Dei
semper gignatur, semperque nascatur.

Gregorius in initio libri 29. in Iob. huius articuli solutionem aggreffiens, indicat rectè dici non posse, Filium Dei semper gigni à Patre, semperque nasci, ita scribens: Dominus Deus Iesus in eo quod virtus & sapientia Dei filii, de Patre ante tempora natus est: vel potius, quia nec cõit nasci, nec desisti, dicamus verius, semper natus: non autem possumus dicere, semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At verò, vt æternus designari valeat & perfectus, & semper dicamus & natus, quatenus & natus ad perfectiorem pertineat, & semper ad æternitatem. Quamuis per hoc ipsum, quod perfectum dicimus multum ab illius veritatis expressione deuiamus: quia quod factum non est, non potest dici proprie perfectum: sed balbutiendò, vt possumus, excelsa Dei resonemus, & Dominus nostræ infirmitatis verbis condescendens: Estote, inquit, perfecti, sicut & Pater vestræ celestis perfectus est. Hæc Gregorius: cui reclamare videtur Origenes homil. in Ierem. 2 ostendens Filium Dei perpetuò nasci,

nasci, his verbis: Saluator noster est sapientia Dei: sapientia verò est splendor æternæ lucis: Saluator ergo noster splendor est charitatis: splendor autem non semel nascitur & desinit: sed quoties ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, toties etiam oritur splendor charitatis: sic ergo Saluator semper nascitur. Vnde ait in libro Sap. Ait omnes colles generat me Dominus: non, vt quidam malè legunt, generauit. Petrus Lombardus lib 1 sem dist. 9 huiusmodi controuersiam sedat, hunc in modum loquens: Sed, ne tanti auihoritas sibi contradicere in re tanta videantur, illa verba Gregorij benignè interpretemur. Dominus, inquit, Iesus ante tempora natus est de Patre: vel potius, quia nec cõpiti nasci, nec desinit, dicamus verius, semper natus. Sed quomodo verius dicitur hoc scilicet, quod Filius semper natus est, quam illud, scilicet quod de Patre ante tempora natus est: illud enim sincera & Catholica fides tenet ac prædicat, vt istud, quare ergo ait: Dicamus verius, cum vtrumque pariter sit verum: nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiã & expressionem veritatis dici, quam illud. His etenim verbis omnis calumniandi versutis hereticis obstruitur aditus, quibus Christi secundum Deitatem generatio, sine initio & sine fine esse ac perfecta monstratur, non autem adeò apertè semper manifestatur veritas, cum dicitur: Filius ante tempora genitus est de Patre, vel Filius semper nascitur de Patre: & ideo dixit Gregorius, quod non possumus dicere, semper nascitur, non, inquam, ita conuenienter, non ita congruè ad explanationem veritatis. Potest tamen dici si sanè intelligatur: semper enim nascitur Filius de Patre, vt ait Origenes non quo quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est, nauitas eius sempiterna est.

Concilian-
tur duo lo-
ca Gregorij
& Origenis.

Quomodo
Filius quori-
dianè nascitur
à Patre.

4. Patri Filium esse consubstantialem.

Mediator quippe Dei & hominù homo Christus Iesus, vt culpas nostræ transgressionis extingueret, venit mortalitatis nostræ flagella

gella tolerare. Sed quia vnus cum Patre eiusdemque naturæ est, quomodo per Satan motum se aduersus eum Pater asserit, cum constet quod Patris Filijque concordiam nulla potestatis inæqualitas, nulla voluntatis diuersitas interrumpat? Sed tamen idem qui Patri est æqualis per diuinitatem, venit propter nos ad flagella per carnem. *Lib. 3. Moral. cap. 11.*

Pater vnigenitum consubstantiali-lem sibi Filium genuit.

Quod ait, semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit: intelligi subtilius potest, quia Pater vnigenitum consubstantiali sibi Filium genuit. Iohannes enim Dei, est Verbum genuisse. Semel autem loqui Dei, est Verbum aliud præter vnigenitum non habere. Vnde & aptè subiungitur: Et secundò id ipsum non repetit: quia videlicet hoc ipsum Verbum, id est Filium, non nisi vnicum genuit. Quod autem non ait, locutus est, sed loquitur: non videlicet tempus præteritum nec futurum ponens: liquet omnibus, quia Deo nec præteritum tempus congruit, nec futurum. *Et post pauca. Et quis dignè fari queat illam ineffabilem natiuitatem, qua de æterno natus est coæternus, qui existēs ante sæcula genuit æqualē, quod gignente posterior natus non est? Lib. 23. Moral. ca. 19.*

Deo nec præteritum tēpus cōgruit, nec futurū.

Filius vocatur brachiū vel dextera Patris, cum sit ei cōsubstantialis.

Deut. 32.

Esaiæ 53.

Psal. 2.

Ioan. 1.

Psal. 32.

Cum in Deo oculus, scapulæ atque alæ nominantur, effectus quidam operationis ostenditur: cum vero manus, brachium, dextera vel vox in Deo dicitur, per hæc vocabula consubstantialis ei Filius demonstratur. Ipse quippe est & manus & dextera, de cuius ascensione per Moysen Pater loquitur, dicens: Tollam in celum manum meam, & iurabo per dexteram meam. Ipse brachium, de quo Propheta ait: Et brachium Domini cui reuelatum est? ipse vox, quia Pater cum gignendo, dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et de quo scriptum est: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū, & Deus erat Verbum. Per hoc Verbum fecisse Patrem omnia Dauid asserit, dicens: Dixit & facta sunt.

Deum

Deum ergo brachium habere, est operantem Filium gignere. Voce tonare est consubstantiali sibi Filium mundo terribiliter demonstrare. *Lib. 32. Moralium cap. 5.*

Vnde & Pater solus dicitur scire (*diem scilicet iudicij*) quia consubstantialis ei Filius, ex eius natura quæ est super angelos, habet ut hoc sciat quod angeli ignorant. *lib. 8. epist. cap. 42.*

CAPVT QVARTVM, DE Christo vero Deo & homine.

1. Christum eundem verum esse Deum Patri coæternum, & verum hominem in tempore.

OMnis qui redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud quàm agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit: omnis vero qui incarnationis eius mysteria iuxta sapientiam humanam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est, dispensationis eius mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui ergo Paschalis gaudij solennitatem celebrare desiderat, agnū nec aqua coquat, nec crudum comedat: ut neque per humanam sapientiam profunditatem illius incarnationis penetrare appetat, neque in eum tanquam in hominem purum credat: sed assas igni carnes comedat, ut dispensari omnia per Sancti Spiritus potentiam sciat. de quo adhuc rectè subiungitur: Caput cum pedibus & intestinis vorabit. Sicut iam prædiximus, fratres, Paulo attestante didicimus, quod caput Christi, Deus est: quia redemptor noster est & cetera: Deus videlicet ante sæcula, & homo in fine sæculorū. Caput ergo

Omnia per S. Spiritus potentiam dispensantur.

1. Cor. 12.

agni

Quid sit caput & pedes agni vorare. agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere. Pe- des verò agni vorare, est vestigia humanitatis eius amando & imitando perquirere. *Hom. 22. in Euang. serè circa finem.*

Esaiæ 26.
Deus, ante sæcula coeternus Patris, factus est homo in tempore.

Per omne quod agimus, ad fontem veri luminis sollicita mente redeamus. Reddamus Creatori nostro gratias de bonis, quæ accepimus, eiq̃ue cum Esaiæ Propheta suppliciter dicamus: Omnia opera nostra operatus es nobis. Bona enim nostra, eius sunt opera, cuius visceribus non sufficit vt nos erigeret, nisi & semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim coeternus Patri Deus ante sæcula non fieret homo in tempore, quando homo temporalis saperet æternam Descensio ergo veritatis, ascensio facta est humanitatis nostræ. *Hom. 5. in Ezech. in fine.*

[Et manus hominis sub pennis eorum.] Sin verò hoc in loco homo redemptor noster accipitur, manus hominis sub pennis eorum est, quia nisi Dominus homo fieret, qui mentes prædicantium ad cœlestia subleuasset, illa quæ apparent animalia non volarent. Nec immeritò manus hominis esse sub pennis dicitur, quia de eodem redemptore nostro scriptum est: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque omnia. Eius ergo manus corda nostra portat, eius manus in contemplatione nos subleuat. Nisi enim, vt dictum est, omnipotens Verbum propter homines homo fieret, humana corda ad contemplandam Verbi excellentiam non volarent. Inde ergo excelsæ factæ sunt homini mentes, ynde inter homines apparuit humilis Deus. *Homil. 3. in Ezech.*

Quare Christus formam serui suscepere voluerit.

Venit humilis, quem & superbus hostis admiraretur: quatenus qui fortia diuinitatis eius despexerat, etiam humanitatis eius infirma pertimescat. Vnde & mox significatione mirifica, contra cum ipsa humanitatis infirmitas obstupescenda proponitur, vt dica-

dicatur: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra? Quod Iob interpretetur dolens, paulo ante iam diximus. Dolens verò ipse (Christus scilicet) veraciter per figuram dicitur: qui portare dolores nostros, Propheta attestante perhibetur. Cui in terra similis non est, quia omnis homo tantum modò homo est, ipse autem Deus & homo. In terra ei similis non est: quia et si adoptiuus quisque filius ad percipiendam diuinitatem proficit, nequaquam tamen vt Deus naturaliter esset, accipit. Qui bene etiam seruus dictus est, quia formam serui suscipere dignatus est. Nec maiestati iniuriam intulit assumpta humilitas carnis, quia & vt seruanda susciperet nec tamen habitam permutaret: nec diuina humanitate minuit, nec humana diuinitate consumpsit: quia et si per Paulum dicitur: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in semetipsum exinaniuisse, est inuisibilitatis sue magnitudine se visibilem demonstrasse: vt serui forma tegetet hoc quod incircumscripte omnia ex diuinitate penetraret. *Lib. 2. Moral. cap. 22.*

[Commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra.] Si beatus Iob redemptoris nostri in passione positi speciem tenet: quomodo à Domino ad Satan dicitur: Commouisti me aduersus eum? Mediator quippe Dei & hominum Christus Iesus, vt culpas nostræ transgressionis extingueret, venit mortalicis nostræ flagella tolerare. Sed quia vnus cum Patre eiusdemque naturæ est, quomodo per Satan motum se aduersus eum Pater asserit? eum confectum quod Patris Filijque concordiam nulla potestatis inæqualitas, nulla voluntatis diuersitas interuenit. Sed tamen idem qui Patri est æqualis per diuinitatem, venit propter nos ad flagella per carnem: quæ inimicorum flagella non susciperet, nisi formam damnati homi-

Iob, qui figura Christi fuit, dolens interpretatur, qui etiam à Propheta vir dolorum vocatur. *Esaiæ 53.*

Christus assumpsit quod non erat, non perdens tamen quod erat. *Philip. 2.*

Quid sit quod seipsum Christus exinanierit. *Iob. 3.*

Christus vnus nature est cum Patre.

Quod dicitur in Iob. 3.

manitate, pane nos reficit ex diuinitate, qui ait: Ego sum panis viuus qui de caelo descendi. Assum ergo piscem comedit & panem, vt ipso suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humanitate pertulit, & refectiōnem nostram ex sua diuinitate procurauit. *Hom. 24 in Euang.*

i Reg. i.

(Fuit vir vnus de Ramatha) Recte dicit: Fuit vir vnus, quia de Deo homine loquebatur, vt Deitatem & humanitatem eius assereret, & non aliam suscipientis verbi, & suscepti hominis personam, sed Dei & hominis vnā eandemque esse apertius demonstraret, quæ tamen vnitas ad excellentiam dignitatis eius referri conuenienter potest, &c. *In 1. cap. lib. 1. Reg.*

4. *Euitandas esse hæreses, quæ Christi diuinitati aduersantur.*

Aliqui hæretici concessa humanitate Christi, Diuinitatem tamen eius impugnant.

Sunt nonnulli hæretici qui factam Mediatoris incarnationem non denegant: sed aut de Diuinitate aliter quam est æstimant, aut in ipsa à nobis incarnationis qualitate discordant. Qui ergo veram nobiscum incarnationem redemptoris perhibent, quasi cum Iob in terra pariter sedent Septem vero diebus & septem noctibus in terra confedere describitur: quia vel in hoc quod aliquid de plenitudine veritatis intelligunt, vel in hoc quod suæ stultitiæ tenebris excæcantur: incarnationis mysterium negare non possunt. *Lib. 3 Moral. cap. 20.*

Iudæi signa Diuinitatis in Christo viderunt, & tum de eius Diuinitate dubitarunt. *Ioan. 12. Hier. 15. Iob. 19.*

Persecutores Redemptoris nostri, dum Diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius Diuinitate dubitarent, in die tenebras passi sunt, quia visum in luce perdididerunt. Hinc est quod eos ipsa lux admonet dicens: Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Hinc est quod de Iudæa dicitur: Occidit ei Sol, cum adhuc esset dies. *Libr. 6. Moral. cap. 14.*

[Halitum meum exhorruit vxor mea.] Quid vxor Domi-

Domini, nisi synagoga accipitur, in legis fœdere, vxor Domini carnali ei intelligentia subiecta? Halitus verò ex carne est. Sed infidelis populus carnem Domini carnaliter intellexit, quia purum hunc hominem credit. Halitum ergo eius vxor exhorruit: quia synagoga quem videbat hominam, Deum credere expauit. Cumque ab ore eius verba corporaliter audiret: in eo intelligere diuinitatis arcana recusauit, & Creatorem non esse credidit, quem creatum vidit. *Lib. 14. Moral. cap. 22.*

Christus solus veraciter sanctus natus est, qui vt ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Huic se sapientiæ quasi quoddam topazium de Aethiopia æquari voluit, cum quidam Hæresiarches dixit: Non inuideo Christo Deo facto, quoniam si volo, & ipse possum fieri. Qui Iesum Christum Dominum nostrum non per mysterium conceptionis, sed per profectum gratiæ Deum putauit, peruersa allegatione astruens eum purum hominem natum: sed vt Deus esset per meritum profectisse, atque ob hoc æstimans & se & quoslibet alios posse ei coæquare, qui filij Dei per gratiam fiunt, non intelligens, non attendens: quia non adæquabitur ei topazium de Aethiopia. Aliud est enim natos homines gratiæ adoptionis accipere, aliud vnum singulariter per diuinitatis potentiam Deum ex ipso cœceptu prodijisse. Nec æquari potest gloria vni geniti habita per naturam, alijs accepta per gratiam. *Lib. 18 Moral. cap. 34.*

[Dei der equitem & ascensorem eius.] In altum struthiolas erigit, quando suo conditori synagoga non vt antea formidando, sed aperte iam repugnando contradicit. In membra quippe Diaboli transiens, & mendacij hominem Deum credens: contra fides tanto in altum extollitur, quanto & Dei corpus se esse gloriatur. Quæ quia non solum humanitatē

ni est synagoga. Iudæi etiam quonidie à Christo salutaria præcepta perciperent, Deum tamen esse credere non luerunt.

Quidam Hæresiarches dixit: Non inuideo Christo Deo facto, quoniam si volo, & ipse possum fieri.

Iob 39. Synagoga Christi diuinitatem irrisit & despicit.

Domini, sed ipsam etiam diuinitatem despicit, non tantum equitem, sed ascensorem etiam equitis irridet. *Lib. 1. Mor. l. cap. 17.*

Iudei videntes Christi miracula ad mirati sunt: considerantes autem humanitatem eius, Deum credere noluerunt.

Iudei miracula Christi videntes trahebantur ut crederent, sed rursus passiones illius perpendentes dedignabantur Deum credere, quem carne mortalem videbant: unde factum est ut de eius cognitione dubitarent. Videbant enim esurientem, sitientem, comedentem, bibentem, lassentem, dormientem: & purum hunc hominem esse aestimabant. Videbant mortuos suscitantem, leprosos mundantem, caecos illuminantem, Daemonia eicientem: & esse hunc ultra homines sentiebant. Sed ipsa eius miracula in eorum corde cogitata, humanitas perturbabat, &c. *Hom. 13. in Ezech.*

Qui inuisibilem Christi diuinitatem abnegant, patentibus operibus credant. *In 1. Regum cap. 2. Vide etiam 33. hom. in Euang. & in cap. 2. lib. 1. Reg. ad illa verba: Da mihi carnem ut equam Sacerdoti.*

5. Fugiendas esse hereses, quae cum vera Christi humanitate pugnant.

Omnia elementa Christum Deum esse cognouerunt.

OMnia elementa authorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam vsu humano loquar, Deum hunc caeli esse cognouerunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile praebuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suae radios abscondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc quem Deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudaorum corda Deum esse minimè cognoscunt; & duriora saxi, scindi ad poenitendum nolunt, eumque consiteri abne-

Iudei ipsis elementis duriores.

abnegant, quem elementa, ut diximus, aut signis aut scissionibus Deum clamant. Qui etiam ad damnationis suae cumulum eum quem natum despiciunt, nasciturum longè ante praesciuerunt. Et non solum quia nasceretur nouerant, sed etiam ubi nasceretur. Nam ab Herode requisiti, locum natiuitatis eius expriment, quem scripturae autoritate didicerunt. Et testimonium proferunt, quod Bethlehem honorari natiuitate noui ducis ostenditur, ut ipsa eorum gemina scientia & illis fieret ad testimonium damnationis, & nobis ad adiutorium saluationis. Quos profectò bene Isaac, cum Iacob filium suum benediceret, designauit: qui & caligans oculis, & prophetans, in praesenti filium non vidit, cui tamen multa in posterum prauidit. Quia nimirum Iudaicus populus prophetae spiritu plenus & caecus, eum de quo multa in futurum praedixit, in praesenti positum non agnouit. *Hom. 10. in Euang.*

Iudei sciebant Christum natum, & humanam naturam assumpturum.

Genes. 27.

Magi eum quem adorant, etiam mysticis numeribus praedicant; auro, regem; thure, Deum; myrrha, mortalem. Sunt verò nonnulli haeretici qui hunc Deum credunt, sed ubique regnare nequam credunt. Hi profectò ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc regem existimant, sed Deum negant. Hi vident ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc & Deum & regem fatentur, sed assumpisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei aurum & thus offerunt, sed offerre myrrham assumptam mortalitatis nolunt. Nos itaque nato Domino offeramus aurum, & hunc ubique regnare fateamur. Offeramus thus, ut credamus quod is qui in tempore apparuit, Deus ante tempora exitit. Offeramus myrrham, ut eum quem credimus in sua diuinitate impassibile, credamus etiam in nostra iussive carne mortalem. *Ibidem.*

Regum materia Christo oblata quid significant. Diuersae hereses de diuinitate & humanitate Christi. Qui humanitatem Christi negant, merito haeretici sunt censendi.

36 CONFSSIONIS

Iudæi etſi
Scripturas
de Chriſto
habuerint,
in eū tamen
credere no-
luerunt.

Vidit Ioannes poſta linteamina, non tamē introiit: quia videlicet ſynagoga & ſcripturæ Sacramenta cognouit, & tamen ad fidem paſſionis Dominiq; credendo intrare diſtulit. Quem diu longē lateque prophetauit, præſentem vidit, & recipere renuit. Hominem eſſe deſpexit, Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo eſt, niſi quia & citius cucurrit, & tamen ante monumentum vacua ſtetit? Venit autem Simon Petrus ſequens eum, introiuit in monumentum: quia ſecuta poſterior Eccleſia gentium, mediatorē Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum & cognouit carne mortuum, & viuente credidit Deum. *Hom. 22. in Euang.*

Pſal. 59.
Myſterium
incarnatio-
nis humani
oculus pe-
netrare non
valet.

Quis neſciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus verò Dominus veniens, quaſi calciatus apparuit, quia in diuinitate ſua, morticina noſtræ corruptionis aſſumpſit. Vnde etiam per Prophetam dicit: In Idumæam extendam calciamentum meum. Per Idumæam quippe gentilitas, per calciamentum verò aſſumpta mortalitas deſignatur. Sed huius incarnationis myſterium humanus oculus penetrare nō ſufficit. Inueſtigari etenim nullatenus poteſt, quomodo incarnatur Verbum: quomodo ſummus & viuificator Spiritus intra vterum matris animatur: quomodo is qui initium non habet, & exiſtit & concipitur. Corrigit ergo calciamenti, eſt ligatura myſterij. *Hom. 7. in Euang.*

*Neſtorij hæ-
reſis.*

Neſtorius mediatorē Dei & hominum Ieſum Chriſtum duas eſſe perſonas exiſtimans: quia Deum fieri hominem potuiſſe non credidit, uſque ad Iudæicam perſidiam erupit. *Lib. 4. Epiſt. cap. 76.*

Pſal. 50.
Exod. 20.

(Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.) Altare Dei Filii, de quo ipſe Dominus ait: Altare de terra facietis mihi. Quid eſt enim aliud altare de terra facere, niſi de Dei Filij incarnatione non dubitare? *Et poſt pauca*: Nullus enim hominum in celum aſcen-

aſcenderet, niſi Filius Dei pro ſalute noſtra carnem ſumpſiſſet. *In 4. Pſal. pœnit. circa finem.*

(Et exaltatum eſt cornu meum, in Deo meo.) Quid eſt cornu Annæ, niſi poteſtas Eccleſiæ? Quod profecto cornu tunc mirabiliter ſe extulit, cum Dei Filius, per aſſumptam humanitatem, naturæ noſtræ participem ſe fecit. In eo igitur cornu ſanctæ Eccleſiæ exaltatum eſt, in quo humana natura iam ſplendet, ſupra Angelos eleuata. *In ca. 2. lib. 1. Reg. in princ.*

In illa diuina natiuitate ab humano genere cognoſci non poterat: proinde in humanitate venit vt videretur: videri voluit, vt imitaretur. Quæ carnis natiuitas deſpecta viſa eſt ſapientibus mundi, contempſerunt namque infirma humanitatis eius, Deo hæc indigna iudicantes: Cui tanto magis homo deſuper fuit, quanto pro illo. Deus etiam indigna ſuſcepit. *Lib. 29. Moral. cap. 1. vide etiam lib. 33. Moral. cap. 32 & lib. 12 cap. 14.*

Chriſtus aſ-
ſumpta hu-
manitate,
noſtræ natu-
ræ ſe partici-
pem fecit.

Sapientes
mundi Chri-
ſti humani-
tatem deſpe-
xerunt.

6. Chriſto Deo & homine mediatorē opus fuiſſe.

Cæcum quippe eſt humanum genus: quod in parente primo à paradifi gaudijs expulſum, claritatem ſupernæ lucis ignorans, damnationis ſuæ tenebras paritur: ſed tamen per redemptoris ſui præſentiam illuminatur, vt internæ lucis gaudia per deſiderium videat, atque in via vitæ boni operis greſſus ponat. *Et poſt pauca*. Dum igitur conditor noſter appropinquat Hiericho, cæcus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, humanum genus lumen quod amiſerat, recepit. Vnde enim Deus humana patitur, inde homo ad diuina ſubleuatur. &c. *Hom. 2. in Euang. in principio. Vide etiam hom. 19.*

Humanum
genus per la-
pſum Ada-
mi excæca-
tum, à Chri-
ſto lumen
recepit.

Præbet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Eſt nobis ſpes magna pœnitentibus, quia aduocatus pro-

nobis apud
Patrem fa-
ctus est.

Infinita fuit
misericor-
dia, quod
Christus è
sinu Patris
ad nos des-
cenderit.

Homo na-
turà liber
nascitur.

ii. Cor. I.

çatus noster factus est iudex noster. *Hom. 34. in Euang. in fine.*

Hæ sunt inestimabilis miserationis Dei diuitiæ, humano quidem generi à sæculis absconditæ, nouissimis verò temporibus per mediatorem Dei, & hominum declarata. Quis enim dignè enarrare sufficiat quantæ misericordiæ fuit Dei Filium de sinu Patris ad publicum nostrum descendere, carnem mortalem assumere, irrationes pro nobis, vincula, flagella, crucem mortemque tolerare? Quis cogitare valeat quantæ fuerit gratiæ omnem perditam quaerere, quæsitam inuenire, inuentam in humeris portare? Quis exponere queat quantæ fuerit miserationis, sacratissima præciosi sanguinis effusione genus humanum redimere, & sacrosanctum viuifici corporis & sanguinis sui mysterium membris suis tribuere? cuius perceptione corpus suum, quod est Ecclesia, pasçitur & potatur, abluitur & sanctificatur. *In 6. P. sal. penit. circa finem.*

Cum Redemptor noster totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem assumere, vt diuinitatis suæ gratia dirupto quo tenebamur captiui vinculo seruitutis, pristinæ nos restitueret libertati; salubriter agitur, si homines quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium iugo substituit seruitutis, in ea natura in qua nati fuerant, manumittentis beneficio, libertati reddantur. *Lib. 5. Epist. cap. 12. in princ.*

Quis alius nisi mediator Dei & hominum homo Christus Iesus æquitatis nomine designatur? de quo scriptum est: Qui factus est sapientia nobis à Deo & iustitia. Quæ scilicet iustitia, dum in hunc mundum contra vias peccatorum venit, antiquum hostem vincimus, à quo capti tenebamur. *Et post pauca:* Si enim in diuinitatis fortitudine sic vnigenitus Filius inuisibilis maneret, vt nil de nostra infirmitate susci-

ciperet, infirmus homo ad eum inuenire accessum gratiæ quando potuisset? & cæt. *Libro 6. Moralium cap. 15.*

[Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me?] *Iob. 14.*
Quia ante aduentū mediatoris Dei & hominis, omnis homo quauis mundæ probatæque vitæ fuerit, ad inferni claustra descendit, dubium non est, quoniam homo qui per se cecidit, per se ad paradisi requiem redire non potuit, nisi veniret ille, qui suæ incarrationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. *Lib. 12. Moral. cap. 7. Vide etiam hom. 2. in Exech. lib. 2. Moral. cap. 8.*

7. Sine Christo mediatore neminem saluari.

Redde mihi lætitiã salutaris tui.] Salutaris quis est nisi Dei hominumque mediator? De quo iste idem Propheta in persona Dei Patris dixerat: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Exurgere enim dicitur Deus Pater, cum Filium mittit: qui quasi iace- re visus est, cum seruos misit. Illi enim neminem saluare potuerunt; sed Filius hominis venit querere & saluum facere quod perierat. Ideoque perfectam & manentem saluationem in eo se positurum astruit, & in eo se fiducialiter dicit agere, quem constat nihil omnino peccati habuisse. *In 4. P. sal. penit.*

(Sic faciebat Iob cunctis diebus.) Cunctis diebus Iob sacrificium offerre non cessat, quia sine intermissione pro nobis holocaustum redemptor immolat, qui sine cessatione Patri suam pro nobis incarnationem demonstrat. Ipsa quippe eius incarnatio nostræ emundationis oblatio est.

Iob. 14.
Ante Christi aduentū, nemini regnum cælorū paruit. Homo sine Christo ad paradisi requiem peruenire non potuit.

Salutaris est mediator Dei & hominum Christi Iesus. *P. sal. n.*

Cumque se hominem ostendit, delicta hominis intruens diluit, & humanitatis suae mysterio perenne sacrificium immolat, quia & haec sunt aeterna quae mundat *Lib. 1. Moral. cap. 24. Vide etiam lib. 2. Moral. cap. 23. & li. 3. cap. 11. & 12. & 14. & lib. 9. ca. 20. & 31. lib. 12. cap. 7.*

3. *Christum passum fuisse secundum humanam naturam, non secundum diuinam.*

A Nimam vero illius seruare praecipitur, non quod hanc tentare prohibeatur, sed quod haec superare non posse conuincatur. Neque enim sicut nos qui puri homines sumus, irruente sapientatione concutimur, ita Redemptoris nostri animatationis est necessitate turbata. Hostis namque noster etsi in excelsum montem eum quem permissus assumpsit, duxit: si daturum se regna mundi prohibuit, si quasi in panes vertendos lapides ostendit: mentem tamen mediatoris Dei & hominum tentatione quassare non valuit. Sic enim dignatus est haec exterius cuncta suscipere, ut tamen mens eius interiori diuinitati suae inherens incoacta permaneret. Qui etsi quando turbatus spiritu infremuisse dicitur: ipse tamen diuinitus disponebat, quantum ipse humanitus turbaretur, qui immutabiliter omnibus praesidens, & semetipsum mutabilem in satisfactione in firmitatis ostendit. Quietus ergo in semetipso manens, disposuit quicquid pro ostendenda humanitate quam susceperat, etiam turbulentus fecit. *Lib. 3. Moral. cap. 13.*

Joan. 11.

Christus totam humanam naturam integre suscipiens secundum hanc passus est.

Inter homines perfectus homo factus est vnicus Dei Filius, qui sua peccata non habuit, sed spinas ne strae nequitiae suscepit, atque vsque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, & in semetipso ignem tribulationis nostrae suscipere. Sed arsit, & non arsit quia ex humanitate est mortuus, & tamen immortalis est.

lis ex diuinitate permanfit. Suscepit a nobis vnde sacrificium fieret pro nobis, & tamen impassibilis atque incommutabilis permanfit in proprijs, ut nos commutaret a nostris. *Hom. 7. in Ezech. circa med.*

Antiquus hostis redemptorem humani generis debellatorem suum in mundum venisse cognouit, vnde & per obsessum hominem in Euangelio dicitur: *Quid nobis & tibi Fili Dei? Venisti huc ante tem- pus torquere nos? Qui tamen prius cum hunc passibilem cerneret: & posse mortalia perpeti humanitatis videret; omne quod de eius diuinitate suspicatus est, ei fastu superbiae suae in dubium venit. nihil quippe nisi superbum sapiens, dum esse hunc humilem conspicit, Deum esse dubitauit. Lib. 2. Moral. cap. 23.*

9. *Christum secundum animam verè descendisse ad inferos, neque ibidem illos perpassum dolores.*

Sampson media nocte portas Gazae ciuitatis abstulit, & montis verticem ascendit. Quem fratres charissimi hoc in facto, quem nisi redemptorem nostrum Sampson ille significat. Quid Gaza ciuitas, nisi infernum significat: Quid per Philistaeos, nisi Iudaeorum perfidia demonstratur: Qui cum mortuum Dominum viderent, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illic deputauerunt, & eum qui author vitae claruerat, in inferni claustris retentum quasi Sampsonem in Gaza se deprehendisse legati sunt. Sampson vero media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit: quia videlicet Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, & montis verticem subiit: quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo caelorum regna penetrauit. *Homil. 21. in Euang. circa finem. xii.*

Iudic. 16. Sampson figura fuit Christi.

Christus liber de inferno exiens, ipsa etiam inferni claustra destruxit.

Vide contra hunc articulum summam blasphemiam & execrandam impietatem Ioannis Caluini, qui libr. 2. Instit. cap. 6 §. 10. dicit, operis pretium fuisse vt Christus diuina vltionis seueritatem sentiret: atque inde oportuisse eum cum inferorum copijs aeternaeque mortis horrore quasi confertis mambus luctari. quam nefariam sententiam refutat Bellarminus libr. 4. de Christi anima capite octauo. & D. Franc. Feu-ardentius in suis Dialogis aduersus Calvinum.

Ansequam Christus ad inferos descendere, nos ad caelum peruenire potuit.

Ecce, quia authoris nostri gratia redempti sumus, hoc iam caelestis muneris habemus, vt cum à carnis nostrae inhabitatione subtrahimur, mox ad caelestia praemia ducamur: quia dum conditor ac redemptor noster claustra inferni penetrans, electorum exinde animas reduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendendo liberauit. Hi vero qui ante eius aduentum in hunc mundum venerunt, quantumlibet iustitiae virtutem haberent, ex corporibus educti in sinu caelestis patriae statim recipi nullo modo poterant: quia necdum illè venerat, qui inferni claustra sua descensione solueret, & iustorum animas in perpetua iam sede collocaret. *Lib. 13. Moral. cap. 20*

Tab. 28.

(Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?) Ac si dicat: Vt ego, qui non solum mare, id est saeculum per assumptam humanam carnem atq; animam petij, sed etiam per eam sponte in morte positus, vsque ad vltima inferni quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare, more diuini eloqui, saeculum debet intelligi, nil prohibet profunda maris, inferni claustra sentiri, &c. *Li. 29. Moral. cap. 5*

(Tu es qui venturus es, an alium expectamus.) Ac si aperte diceret: Sicut pro hominibus nasci dignus es, an etiam pro hominibus mori, & ad inferos descen-

descendere digneris in sinua: vt qui natiuitatis tuę precursor extiti, descensionis etiam precursor fiam, & venturum in inferno nunciem, quem iam venisse mundo enunciaui.

Venerabilis Beda libro secundo in Lucam exponens hęc locum, videtur idem cum B. Gregorio sentire: nimirum Ioannem Baptistam de Christi morte dubitasse, an scilicet pro salute humani generis esset moriturus, sic namque ait: Tu es qui venturus es: sensus est: Manda mihi, quia interficiendus, & ad inferna descenjurus sum, vtrum te & inferis debeam nunciare, qui nuncians superis. An non conueniat Filio Dei, vt gustet mortem, & alium ad hęc Sacramenta missurus es: Verum dicendum est, Ioannem hoc interrogasse, non quasi id ignorans, verum vt discipuli adhuc rudes ac diuinorum mysteriorum ignari cum hac interrogatione ad Christum missi, ex Christi responsione eius maiestatem nondum agnitam, cognoscerent & crederent; vel iuxta Ambrosium dici potest, quod Ioannes quidem de morte Christi addubitauerit, non incredulitatis dubio, sed haesitatione ac stupore admirantis animi, atque considerantis, qui fieri posset, vt auderent homines nefarias in ipsum manus iniicere necique tradere, qui mortuos ad vitam reuocaret, tantisque virtutum ac miraculorum exemplis orbem illustraret.

De hoc articulo vide etiam cap. 179. lib. 6. Epist. & cap. 32. lib. 4. Moral.

10. Christum secundum diuinam naturam esse vrbique, non tamen secundum humanam.

Redemptor noster non curru, non Angelis subleuatus legitur: quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illò etenim reuertebatur, vbi erat: & inde redibat, vbi remanebat, quia cum se

Num Ioannes de Christi ad inferos descensione dubitauerit.

Redemptor noster secundum naturam diuinam & terram pariter continebat & cęli, etiam antequam ad cęlum gloriosus ascenderet.

cum per humanitatem ascenderet in cælum, per diuinitatem suam & terram pariter continebat & cælum. *Hom. 29 in Euang. serm. circa medium.*

[Surrexit, non est hic] Non est hic, dicitur per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. *Hom. 21. in Euang.*

[Hæc locutus sum vobis apud vos manens.] Quia non maneret apud eos, qui ascensurus cælum promittit dicens: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi? Sed Verbum incarnatum & manet & recedit. Recedit corpore, manet diuinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet: quia qui inuisibili semper potestate præsens erat, corporali iam visione recedebat. *Hom. 30. in Euang. circa princip.*

Stare solius Creatoris est, per quæ cuncta non transeunt & transeunt, & in quo aliqua ne transeant retinentur. Vnde & Redemptor noster, quia diuinitatis eius status capi ab humana mente non potuit, hunc se nobis ad nos veniens creatus, natus, mortuus, sepultus, resurgens atque ad cælestia rediens, quasi transeundo monitruauit. Quod bene per Euangelium illuminato cæco innotuit, cui transiens auditum præbuit, sed stans oculis reparauit. Per humanitatis quippe dispensationem transire habet: per diuinitatis vero potentiam, qua ubique præsens est, stare. *Lib. 5. Moral. cap. 25.*

[Qui ponit nubem ascensum suum.] Nubem quippe ascensum suum posuit, quia is qui diuinitate ubique est, carne ad cælestia ascendit.

Hom. 8. in Ezech. circa finem.

Matth. 28.

*Matth. 10.
Vide hom. 2.
in Euan. ubi
hæc latius.*

Psal. 130.

GREGORIANAE LIB. I. 45
CAPVT QVINTVM,
De Spiritu sancto.

1. Spiritum sanctum esse Deum.

Macedonius consubstantiali Patri & Filio Spiritum sanctum Deum esse denegauit. *Li. de Spiritu S. 4. Epist. cap. 76.*

Sanctus Spiritus in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens dicitur, quia vniuersam Ecclesiam replens, in electorum cordibus ex se ipso flammam amoris projicit, ut coruscis more, per terrorem feriat, & ad amorem suum corda torpentia accendat. Sed quia Spiritus sanctus Deus ante sæcula Patri est & Filio coæternus, quærendum nobis est, cur discurrere dicatur, &c. *Hom. 5. in Ezech.*

Bene in Euangelio scriptum est, super quem uideris Spiritum descendentem, & manentem super eum: hic est qui baptizat. In cunctis namque fidelibus Spiritus uenit, sed in solo mediatore semper singularis permanet: quia eius humanitatem nunquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit. *Lib. 2. Moralium. vide etiam hō 6. & 30.*

2. Spiritum sanctum à Patre Filioque, ab aeterno in Euang. procedere, idque, tanquam ab uno principio.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.) id est ea uos charitate diligo, cum inter scandala persecutorum mitto: quia me charitate Pater diligit, quæ venire ad tolerandas passiones fecit. Quamuis mitti etiam iuxta naturam diuinitatis possit intelligi. Eo enim ipso à Patre Filius mitti dicitur, quo à Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum, qui cum sit coequalis Patri & Filio, non tamen incarnatus est, eisdem se Filius mittere perhibet, dicens: Cum uen-

Macedonia hæresis de Spiritu S.

Cur Spiritus S. per flammam ignis designetur. Spiritus S. Deus ante sæcula Patri & Filio est coæternus. Ioan. 1.

46 CONFSSIONIS

venerit Paracletus, quem ego vobis mittam à Patre. Si enim mitti solummodo incarnari debet intelligi, sanctus procul dubio Spiritus nullo modo dicetur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de Patre procedit & Filio. *Hom. 26 in Euang.*

(Et vocem quasi auræ lenis audiui.) Quid enim per vocem auræ lenis, nisi cognitio Spiritus sancti designatur? Qui de Patre procedens, & de eo quod est Filius accipiens, nostræ tenuiter notitiæ infirmitatis infunditur? *Lib. 5. Moral. cap. 25.*

Peractis conuictijs, holocaustum Iob pro filijs obtulit: quia pro Apostolis de prædicatione redeuntibus, Patrem Christus redemptor exorauit. Bene autem mittendo sanctificare dicitur, quia dum Spiritum sanctum, qui à se procedit, discipulorum cordibus tribuit, quidquid eis culpæ inesse potuit, emundauit. *Lib. 1. Moral. cap. 22.*

(Si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos.) Cum enim constet quia paracletus Spiritus à Patre semper procedat & Filio, cur se Filius recessurum dicit ut ille veniat, qui à Filio nunquam receditur. *Dial. cap. 38.*

Beatus Gregorius Symbolum edidit, quod recitatur in eius vita, lib. 2 cap. 2. quod ita habet. Credo in Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum, sed æternum de Patre & Filio procedentem.

3. Spiritum sanctum esse fontem gratiarum.

IN Euangelio Dominus dicit: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vbi Euangelista subiungit. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Riui ergo sunt fluminis, dona Spiritus sancti. *Lib. 15. Moral. cap. 8.*

Et sciendum, quia cum nos Spiritus sancti gratia infundit, melle nos pariter & butyro replet. Mel enim

enim desuper cadit, butyrum verò ex animalium lacte colligitur. Mel itaque ex aëre, butyrum verò ex carne est. Summi autem Patris vnigenitus, cum sit Deus super omnia, homo est factus inter omnia. *Lib. 15. Moral. cap. 9.*

(Computrescet iugum à facie olei.) Sub iugo quippe tenebatur Dæmoniacæ dominationis, sed vncti sumus oleo Spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis Dæmoniacæ iugum putruit, Paulo attestante, qui ait: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Sciendum verò est quod hi qui prius Spiritum sanctum habuerunt, vt & ipsi innocenter viuerent, & in prædicatione quibusdam prodesse: idcirco hunc post resurrectionem Domini patenter acceperunt, vt prodesse non paucis, sed pluribus possent, &c. *Hom. 26. in Euang.*

Quæ autem sunt indicia Spiritus, nisi excellentia dona humilitatis? Sanctus enim Spiritus quò maiori luce virtutum electorum corda irradiat, eò & abundantiori dono humilitatis ditat. Et post pauca. Si ergo signum perfecti prædicatoris est repletio sancti Spiritus, & virtus humilitatis signum illius plenitudinis, quid in laude humilitatis dicitur, quia eius dona sunt signa signorum? *In cap. 10. libr. 1. Regum.*

Quales Doctores sanctæ Ecclesiæ ante aduentum sancti Spiritus fuerint, scimus: & post aduentum illius, cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus. Certè iste ipse Pastor Ecclesiæ, ad cuius sacratissimum corpus sedemus, quantæ debilitatis quantæque formidinis ante aduentum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Vna enim mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negauit. Et pensandum quia cum comprehensum Petrus negauit in terra, quem suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantæ formidinis, qualis post aduentum Spiritus

Esaiæ 10.
Per vnctiōnem Spiritus S. ablatum est à nobis iugum Diabolice feruitatis. *2. Cor. 3.*

Spiritus S. hominem facit humilem. Signum perfecti prædicatoris, est repletio sancti Spiritus.

Petri Imbecillitas ante aduentum Spiritus S.

existat,

2. Tim. 15.

Iob. 4.

Spiritus S. à Filio procedit sicuti & à Patre.

Euang. 16.

Ioan. 7.

Eiusdē constantia post perceptum Spiritu a S. *Athor. 5.*

Petrus gaudet in verbis, qui ante in verbis timebat. &c. *Hom. 30. in Euang. Vide etiam cap. 41. & 42. lib. 2. Moral.*

existat, audiamus. Fit conuentus magistratus atque seniorum, cæsis denunciatur A postolis, ne in nomine Iesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respondet. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et rursus: Si iustum est in conspectu Dei potius audire quam Deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus & audiimus non loqui. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam iam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in verbis, qui ante in verbis timebat. &c. *Hom. 30. in Euang. Vide etiam cap. 41. & 42. lib. 2. Moral.*

CAPVT SEXTVM, De Ecclesia.

1. Ecclesiam vnam, sanctam, Catholicam & Romanam esse.

Hæretici modò aperte, modò occultè & fallaciter Catholicam Ecclesiam impugnant. *Matth. 7.*

Hæretici exterius mansuetum, interius hostilem gerunt animum. Simon magus primus author hærescos. *Athor. 8.*

TOto vitæ huius tempore, veritatis inimici Ecclesie Dei exprobrant, cum eam hæretica prauitate aut morum dissimilitudine impugnant. Plerique autem in causa Dei subdolè & fallaciter intendentes, & esse se in corpore Christi simulant, & pacem Ecclesie Dei occulta machinatione perturbant. De quibus profectò hic dicitur. Qui laudabant me, aduersum me iurabant. Hi sunt qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Qui in verbis quidem socialem videntur habere mansuetudinem, in corde verò hostilem gestant furorem. Talis erat ille Simon magus ab Apostolis baptizatus, sed postea ab Apostolorum principe propter nefandam venalitatis ambitionem reprobat. Vnde & dictum est ei: Non est tibi pars in sermone isto. Dum enim Spiritus S. gratiam precio comparare voluit, à doctrina Christi miser se alienauit. Ipse nam-

namque præceperat dicens: Gratis accepistis, gratis date. hæc est inquam hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesie rudimenta tentauit, & ante alias hæreses prima apparuit. Cuius erroris venæ licet extunc data nata fuerit, postea tamen in Ecclesia germinem pestiferum pullulauit. Nostris verò maximè temporibus malignæ suæ virus exeruit, & totius Ecclesie pacis schismatica infestatione turbauit. Concitauit enim aduersus Ecclesiam Dei non solum innumerabilem populi multitudinem, verum etiam regiam; si fas est dicere, potestatem. Nulla enim ratio finit ut inter Reges habeatur qui destruit potius quam regat imperium; & quocumque habere potest peruersitatis suæ socios, eos à consorcio Christi efficit alienos. Qui turpissimi lucri cupiditate illectus, sponsam Christi cupit abducere, & passionis Dominicæ sacramentum ausu temerario contendit euacuare. Ecclesiam quippe quam sui sanguinis precio redemptam Saluator noster voluit esse liberam, hanc iste potestatis regie iura transcendens facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi, domitiam suam agnosceret, eique religiosorum principum exemplo deuotionis obsequium exhibere, nec contra Deum factum extendere dominationis, à quo suæ dominium accipit potestatis? Ipse est enim, qui ait: Per me reges regnant. Sed immensæ cæcatus cupiditatis caligine, & diuino, ut patet, ingratus beneficio, & contra Deum fastuosus; terminos quos posuerunt patres nostri, contempto diuino timore transgreditur, & contra Catholicam veritatem suæ furoris tyrannidis effertur. In tantum autem suæ temeritatem extendit vesaniæ, ut caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendiceret, & in domina gentium terrarum contempto diuino timore transgreditur, & contra Catholicam veritatem suæ furoris tyrannidis effertur. In tantum autem suæ temeritatem extendit vesaniæ, ut caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendiceret, & in domina gentium terrarum contempto diuino timore transgreditur, & contra Catholicam veritatem suæ furoris tyrannidis effertur. In tantum autem suæ temeritatem extendit vesaniæ, ut caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendiceret, & in domina gentium terrarum contempto diuino timore transgreditur, & contra Catholicam veritatem suæ furoris tyrannidis effertur.

Simoniaca hæresis quæ sit terra & abominanda.

Inuenitur B. Gregorius in Principes illos, qui Ecclesie suæ iura auferere conabatur: loquitur autem de Romanis Imperatoribus, qui dum Urbem Romæ à Gothicis liberaissent, hoc iugum imposuerunt Romanis Pontificibus, ut eorum creatio firma & stabilis censeri non deberet, donec Imperatoris consensus accessisset. Religiosi Principes Ecclesie deuotionis obsequium exhibere solent. Romanam Ecclesiam esse Catholicam, & caput omnium Ecclesiarum, ite

gentium do-
minam, nul-
liq; terrena
potestati
subiectam.
Hæretici dñi
Romanam
Ecclesia ca-
lumniantur,
Deo oblo-
quuntur.
Falinodia
cuiusdã E-
piscopi hæ-
resin suam
anathemati-
zantis, & ad
Romanã, id
est Catholi-
cam Eccle-
siam rede-
untis.
Gregoriũ,
reliquoſq;
Romanos
Pontifices
B. Petri esse
successores.
Ecclesiam
Romanam
esse Catho-
licam, & in
ea ad finem
vsque vitę
constanter
perseueran-
dum.
Romanam
sedem esse
sanctissimã,
& vniuersa-
li Ecclesię
iura sua trã-
smittere.

Obstruat ergo os loquentium iniqua, & omnis
hæreticorum acies obmutescat, quia nullas vires ha-
bet mendacium, quod ipsius voce veritatis inueni-
tur destructum *in Psal. 5 penitent.*
Quotiens cordis oculus nube erroris obductus,
supernę illustrationis lumine fit serenus, magna cau-
tela nitendum est, ne latenter author schismatis ir-
ruat, & ab vnitatis radice, eos qui ad eam reuersi fue-
rant, telo iterum erroris abscondat. Et ideo ego ciui-
tatis illius Episcopus, comperto diuisionis laqueo
quo tenebar, diutina mecum cogitatione petraclãs,
prona & spontanea voluntate ad vnitatem Sedis A-
postolicę diuina gratia duce reuersus sum. Et ne pra-
ua mente, seu simulatę reuersus existimer, sub mei
ordinis casu spondeo, & anathematis obligatione,
atque promitto tibi, & per te Sancto Petro Aposto-
lorum principi, atque eius Vicario Beatissimo Gre-
gorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quo-
rumlibet suasionibus vel quocunque alio modo ad
schisma, de quo redemptoris nostri misericordia li-
berante ereptus sum, reuersurum: sed semper me in
vnitate sanctę Ecclesię Catholicę, & communionē
Romani Pontificis per omnia permanurum. Vnde
iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta
quatuor Euangelia, quę in manibus meis teneo, &
salutem gentium atque illustrium dominorum no-
strorum Rempubicam gubernantium, me in vni-
tate, sicut dixi, Ecclesię Catholicę, & communionē
Romani Pontificis semper & sine dubio permane-
re, &c. *Lib. 10. Epist. cap. 31.*
Recolo me in sinu atque in gremio sacrosanctę
Ecclesię vestrę Romanę & nutritum, & Deo auxi-
liante prouectum. Et quibus ausibus ego sanctissime
illi sedi, quę vniuersali Ecclesię iura sua transmit-
tit, præsumpserim obuiare, propter cuius conseruan-
dam authoritatem, sicut Deo manifestum est, mul-
torum

torum contra me inimicorum inuidiam grauter
excitauit? *Lib. 10. Epist. cap. 56.*

Dignum est, vt de Ecclesia B. Petri Apostolorum
principis nullum vltierus scrupulum dubietatis ha-
beatis: sed in vera fide persistite, & vitam vestram in
petra Ecclesię, hoc est in confessione Beati Petri A-
postolorum principis solidate: ne tot vestrę lachry-
mę, tantaque bona opera pereant, si a fide vera inue-
niantur aliena. Sicut enim rami sine virtute radicis
arescunt: ita opera quantumlibet bona videantur,
nulla sunt, si a soliditate fidei disunguntur. *Et post
paucã:* in hoc autem vos ac vestra opera Deo placete
cognoscite, si prius quã eius examen veniat, sacer-
dotum illius iudicio comprobentur. *Lib. 3. Epi. ca. 33.*

2. *Catholicam appellari Ecclesiam, quod per to-
tum terrarum orbem diffusa sit.*

Columnę cęli contremiscunt. Possunt per
columnas cęli etiã ipsas Ecclesias non incon-
uenienter accipere, quę multę vnam Catho-
licam faciunt, toto terrarum orbe diffusam. Vnde &
septem Ecclesijs scribit Ioannes Apostolus, vt vnam
Catholicam septiformis gratiã plenã spiritu desig-
naret. Et de Domino nouimus dixisse Salomonem:
Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas
septem. Qui vt se id de septem Ecclesijs dixisse inno-
tesceret, secutus etiã sacramenta ipsa, diligenter in-
seruit, dicēs: Immolauit victimas, miscuit vinum, &
proposuit mensam, misit ancillas suas, vt vocaret ad
arcem & mœnia ciuitatis: Si quis est paruulus, veniat
ad me. Immolauit enim Dominus victimas, seipsũ
offerendo pro nobis Miscuit vinum, præceptorum
suorum poculum ex narratione historica & intelli-
gentia spūitali contemperans. Vnde aliã dictũ est:
Calix in manu Domini vini meri, plenus est mixto.
Et posuit mensam, id est scripturam sacram: quę festos
ad se, atq; à sæculi oneribus venientes, panẽ verbi nos

Ecclesiam
Catholicã
in B. Petro;
id est Roma
no Pontifi-
ce fundatã.

Colũnę cęli
sunt Eccle-
się, quas &
ipse Apost.
columnas
veritatis ap-
pellat.
*1. Tim. ca. 4.
Prom. 9.*

Ibid.

Psalm. 74.

Psal. 22.

reficit, & contra aduersarios sua refectioe nos roborat. Vnde & aliàs ab Ecclesia dicitur: Posuisti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Misit ancillas suas, A postolorum videlicet animas, in ipso suo initio infirmas, vt vocarent ad arcem & menia ciuitatis: quia dum æternam vitam denunciant, ad alta nos mœnia supernæ ciuitatis leuant: que profectò mœnia, nisi humiles non ascendunt. *Li. 17. Moral. cap. 14.*

Ecclesiam tantum esse vnam, eamque Catholicam.

Quia nulla esse innocentia, nulla esse vera obedientia in multiplicibus hæreticorum diuisionibus potest; ad cognitionem fidei venientes offerant ouem, sed vnam: offerant in aurem, sed vnam, id est, tales veniant, qui in vnitatem sanctæ Ecclesiæ innocui obedientique persistant. Vnum quippe diuidi per numeros non potest: quia & hoc ipsum vnum quod dicimus, numerus non est. Offerant igitur ouem, sed vnam; offerant in aurem, sed vnam, id est ad sanctam Ecclesiam cum innocentia atque obedientia venientes, eam mentem deferant, quam sectarum schismata non diuidant. *Lib. 35. Moral. cap. 14.*

3. Ecclesiam Catholicam esse visibilem.

Ecclesia soror Christi vocatur.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Sororem Christus Ecclesiam vocat, quia de ipsiis Apostolis dicebat: Ite, dicite fratribus meis. Soror autem paruula vbera non habebat, quando in solis Apostolis Ecclesia erat, in quibus seipsam vel alios nutrire lacte prædicationis non poterat. Quidem Petrus alijs prædicaret, cum seipsum discipulum Christi in vnus ancillæ voce detestando & iurando negaret. *Prima ergo Ecclesia vbera non habebat, quia post resurrectionem in vna domo inclusa, inter persecutores suos non dico prædicare, sed & videri timebat. *In cap. 8. Cant.*

Ecclesia Catholica murus dici potest.

Si murus est, ædificemus super eum propugnaculum argenteum. (Dato Spiritu sancto, murus sancta Ecclesia

efficitur, quia quæ prius timida erat, instruente eandem Spiritu omnipotente, ad resistendum aduersarijs impetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus, mox contra Principes rigidus, quibus dicebat: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et iterum: Si iustum est vos potius audire quam Deum, iudicate. Nos enim non possumus quæ vidimus & audiimus non loqui. Et de cæteris discipulis scriptum est: Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pronomine Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est Ecclesia, quæ modò tenerrima; nec pedem cuiuslibet gradientis sine sui læsione gerit, modò vero accepto mirabili artifice Spiritu sancto, vniuersi exercitus assultus, illæsa contemnit. Super quam propugnacula ædificantur, quia vt non tantummodo se defendat, sed vt & impugnantes resistendo prosterнат, miracula ei facere conceditur, quæ cum hostes viderint, ab eius aggressione iacula timentes, terreatur. Quæ propugnacula bene argentea esse perhibentur, quia ipsa miracula cum verbi prædicatione donantur. Et quia argentum valde sonorum est metallum, argentea propugnacula existunt: quia per miracula factum est, vt eorum verba per vniuersum mundum conualescerent, & fidei prædicationem inflexibiliter circumquaque diffunderent, quod manifestat Psalmista dicens: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Ibidem.*

Sancta Ecclesia priusquam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibusque auditoribus præbere non potuit vbera prædicationis. Adulta vero Ecclesia dicitur: quando Dei verbo copulata, sancto repleta Spiritu per prædicationis ministerium in filiorum conceptione fecundatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit. De hac eius ætate Dominus dicitur: Adolecentulæ dilexerunt te. Vniuersæ quippe

rest, cū antea intra domesticos parietes priuatum delitebat.

Affor. 4.

Affor. 5.

Cur Ecclesia miraculorum signis fuerit illustrata.

Psal. 18.

Cant. 1.

Vniuersa
per orbem
Ecclesie, v-
nam Catho-
licam effi-
ciunt.

100. 9
Ecclesi: est
oculus ceco,
pes claudo.
Vide Lastar.
lib. 4. ca. vlt.

Matth 16.
Petrus à pe-
tra, non pe-
tra à Petro
nomen ac-
cepit.

Eccli 1.
Catholica
& Apostolis-
ca fides in
hoc seculo
nunquã de-
ficiet, cum
sit super fir-
mam petrã
quãdã.
Porre inferi
sunt hereses
& seculares
potestates
Ecclesie,
nec tyrãno-
rum minis,
nec hereti-
corum frau-
dibus un-
quã
cessit.

pe Ecclesie, quæ vnam Catholicam faciunt, adole-
scuntulæ vocantur: nou iam verustæ per culpam, sed
nouelle per gratiã: non senio steriles, sed ætate men-
tis ad spiritalẽ congruã fecunditatem. *Lib. 19. Mo-
ral cap 9*

[Pater eram pauperum.] Hæc verba si ad vocẽ san-
ctæ Ecclesie typica interpretatione referamus, ipsa
est oculus cæco, quia per verbum lucet: ipsa pes clau-
do, quia per adiutorium continet. Cæcos enim præ-
dicando illuminat, claudos vero opitulando susten-
tat, &c. *Lib. 19. Moral. cap. 20.*

4. Ecclesiam non posse deficere.

Ipse Dei & hominum mediator, ad Apostolorum
principem ait: Tu es Petrus, & super hanc petram
ædificabo Ecclesiam meam. Ipse est enim petra à
qua Petrus nomen accepit, & super quam se ædifica-
turum Ecclesiam dixit: Terra autem dicta est Eccle-
sia, tum quia in messie fidelium populorum spiritali
fecunditate exuberat, tum quia in soliditate fidei
perpetua firmitate immobiliter perseuerat. Vnde per
salomonem dicitur: Terra in æternum stat. Terra
quippe in æternum stare dicitur: quia sancta Ecclesia
in hoc seculo à Catholica fide nequaquam deficiet,
& in futuro cum Deo æterna stabilitate permanebit.
Nam quod in hac vita nullis aduersitatibus frangen-
da sit, nullis persecutionibus superanda, ipse super
quem ædificata est, euidenter ostendit, cum ait: Por-
tæ inferi non præualebunt aduersus eam. Portæ in-
feri hæreses sunt, quæ dum multos in fide infirmos
fucata verborum calliditate decipiunt, quasi inferno
rum eis aditũ pandunt. Sunt etiam portæ inferi quæ
dam potestates huius mundi. Quid enim Nero, quid
Diocletianus, quid denique iste qui hoc tempore Ec-
clesiam persequitur, nunquid non omnes portæ in-
feri? Quis cogitare sufficiat quanti promissionibus
eorum deuorati sunt? Quanti eorũ metu perterriti
Quant

Quanti eorum afflictionibus superati? quos omnes
perpetuæ mortis profundum absorbit, & ad crucia-
rum damnationis æternæ infernus admisit. Sed Ec-
clesia in illius, de qua dictũ est, petræ soliditate fun-
data, nec minarum ventis concutitur, nec persecutio-
num fluminibus mouetur, nec corporalium pœna-
rum incommodis titubatur, nec mortis ipsius timore
vacillat. Illi verò qui inferni aditum sequacibus suis
utpote portas aperiunt, eam impugnant & persequi
modis omnibus non desistunt. In quo quid aliud fa-
ciunt, nisi quod veritatis verba euacuare contendunt?
Non præualebunt aduersus eam portæ inferi dicit
Dominus, & tamen ut ei præualeant conantur. Sed
fidelis Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in
operibus suis. Initio enim terram fundauit, & opera
manuum eius sunt cæli &c. *Psal. 5. p. 11.*

Penfandum quoque est, quod arcturus semper ver-
fatur & nunquam mergitur: quia & sancta Ecclesia
persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed
tamen vsque ad mundi terminum sine defectu per-
durat. Sæpe namque eam reprobis, quia vsque ad in-
ternecionem persecuti sunt, quasi hanc se funditus
extinxisse crediderunt: sed eo multiplicius ad statum
sui profectus redijt, quo inter manus persequentium
moriendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur e-
rigitur: quia tunc sancta Ecclesia valentius in verita-
te reficitur, cum ardentius pro veritate fatigatur. *Lib.
9 Moral cap 7. Vide etiam lib. 20. cap. 19 & cap quintum,
libr 31.*

Quia sanctæ Ecclesie ostia vestrũ huius (*Dominice*
scilicet incarnationis) oppositione solidata sunt: potue-
runt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequie-
runt: ut ea exterius vnda persecutionis illideret:
sed nequaquam cordis eorum inter-
na penetraret. *Lib. 28. Mo-
ral cap 16.*

ral cap 16.

D 4

Psal. 144.

Ecclesia per
secutioni-
bus creuit
potius quã
defecit.
Arcturi &
Ecclesie cõ-
paratio.

Præmitur
quidem ali-
quando Ec-
clesia, sed
nunquam
opprimitur.

3 Eccle-

5. Ecclesiam ex bonis malisque constare.

In die iudicii mali separabuntur a bonis; qui iam in vniuersa matris gremio coniuncti sunt.

Quam multos tales (malos scilicet) nunc sancta Ecclesia tolerat, quos cum tempus exuperit, tentatio aperta manifestat. Qui voluntates suas quia contra eam modo non exerunt, quasi complicatas interim alas cogitationum premunt. Quia enim a bonis malisque hæc vita communiter ducitur: nunc Ecclesia ex utrorumque numero visibiliter congregatur, sed Deo inuisibiliter iudicante discernitur: atque in exitu suo a reproborum societate separatur. Modò verò esse in ea, nec boni sine malis, nec mali sine bonis possunt. Hoc enim tempore coniuncta utraque pars sibi necessariò cõgruit: ut & mali mutantur per exempla bonorum, & boni purgantur per tentamenta malorum. *Lib. 31. Moral. cap. 12.*

Ecclesia prauis domesticorum suorum moribus pacis tempore maxime impugnatur.

Sancta Ecclesia transire sine labore tentationis nõ potest tempora peregrinationis, quæ etsi foris apertos hostes non habet, intus tamen tolerat fictos fratres. Nam contra vitia semper in acie est, & habet etiam pacis tempore bellum suum, & fortasse grauius affligitur: cum nõ extraneorum iustis, sed suorum moribus impugnatur. Siue itaque illo seu isto tempore, est tamen semper in labore. Nam & in persecutione principum timet ne amittant boni quod sunt, & in conuersione principum tolerat, quia mali simulant bonos se esse, quod non sunt. *Libr. 31. Moral. cap. 6.*

Matth. 13. Regnum cælorum vocatur Ecclesia, in qua boni & mali coniuncti sunt.

In Euangelio scriptum est: Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, & regnum cælorum, scilicet vocatur Ecclesia: cuius dum mores Dominus ad superna subleuat, iam hæc ipsa in Domino per cælestem conuersionem regnat. Quæ rectè etiam sagenæ missæ in mare comparatur, ex omni genere piscium congregan-

greganti: quia missa in hoc gentilitatis sæculum nullum respicit: sed malos cum bonis, superbos cum humilibus, iracundos cum mitibus, & fatuos cum sapientibus cepit. *Lib. 33. Moral. cap. 22.*

Sicut in honesta membra in corpore, ita quidam sunt intra sanctam Ecclesiam potentes & proteruis; qui dum aperta inuestione feriri nequeunt, quasi honore tegminis velantur. *Lib. 13. Moral. cap. 4.*

Sancta vniuersalis Ecclesia secundum digniorem partem sui in spe cælestium præmiorum roborata, sicut in electis habet quod conseruari desideret, ita in infirmis inuenit quod sibi dimitti exoret: sciens omnes diuino egere auxilio, quos infelicia vitæ conditio angustat, cum & iustus inter pericula securus esse non valeat, & peccantem non nisi sola gratia diuine miserationis absoluat. *In 7. Psal. pœnit. in princ.*

Sunt plerique intra sanctam Ecclesiam, quorum iste seruus (qui scilicet abiens talentum in terram defoderat) imaginem tenet, qui melioris vitæ vias agredi metuunt, & tamen iacere in sui torporis ignauia non pertimescunt. Cum quæ se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. *Homil. 9. in Euang.*

Ecclesia nunc bonos malosque communiter quia si permixtos pisces fidei sagenæ nos continet, sed litus indicat sanctæ Ecclesiæ sagenæ quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerint, mutari non possunt: nos autem mali capimur, sed in bonitate permutamur. *Hom. 11. in Euang.*

Hoc ouile sanctæ Ecclesiæ hædos cum agnis recipit, sed attestante Euangelio, cum iudex venerit bonos a malis separat, sicut pastor segregat oues ab hædis. *Hom. 19. in Euang.*

Terrere autem vos non debet quod in Ecclesia & multi mali, & pauci sunt boni: quia arca in vndis di-

Ecclesia nunc bonos malosque coniunctim retinet.

Ecclesiæ ouile hædos cum agnis recipit.

Matth. 25.

Arca dilu-
uij Ecclesia
typum gef-
fit.

S. Ecclesia
in carnalib⁹
ampla est,
in spirituali-
bus angu-
sta.

luuij, quæ huius Ecclesiæ typum gessit, & ampla in inferioribus, & angusta in superioribus fuit. Quæ in summitate etiam sua ad vnus mensuram cubiti excreuit. Inferius quippe, quadrupedia atque reptilia, superius verò aues & homines habuisse credenda est. Ibi lata exitit, vbi bestias habuit, ibi angusta, vbi homines seruaui: quia nimirum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta, &c. *Homil. 38. in Euang. circa med. Vide de hoc articulo etiam libr. 8. Moral. cap. 11. & lib. 13. cap. 4. & 5. item lib. 23. ca. 1.*

6. Ecclesiam propter malos non deserendam,
neq; diuidendam.

Mali cum
bonis sem-
per iuncti
in hac vita;
in futura ve-
ro separan-
di.

Mali in Ec-
clesia patie-
ter toleran-
di sunt.

QUousque hic viuimus, necesse est vt vitam pre-
sentis sæculi permixti peragamus. Tunc au-
tem discernimur cum peruenimus. Boni e-
nim soli nusquam sunt, nisi in cælo: & mali soli nus-
quam sunt, nisi in inferno. Hæc autem vita quæ in-
ter cælum & terram sita est, sicut in medio subsistit,
ita vtrarumque partium ciues communiter recipit:
quos tamen sancta Ecclesia & nunc indiscretè susci-
pit, & postmodum in egressione discernit. Si ergo bo-
ni estis, quam diu in hac vita subsistitis, æquanimi-
ter malos tolerare debetis. Nam quisquis malos non
tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est,
quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem
Cain malitia non exercet. Sic in tritura aræ grana
sub paleis premuntur: sic flores inter spinas oriun-
tur, & rosa quæ redolet, crescit cum spina quæ pungit.
Duos quippe filios habuit primus homo: sed vnus
horum electus est, alter reprobus fuit. Tres filios
Noe arca continuit: sed duo ex his electi sunt, & vnus
reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit: sed vnus
electus est, alter reprobus fuit. Duos Isaac fi-
lios

hos habuit: sed vnus electus est, alter reprobatus.
Duodecim filios habuit Iacob: sed ex his vnus per
innocentiam venditus est, alij verò per malitiam
venditores fratris fuerunt. Duodecim Apostoli
sunt electi: sed vnus ex his admixtus est reprobus,
qui probaret, vndecim qui probarentur. Septem
sunt diaconi ab Apostolis ordinati: sed sex in fide
recta permanentibus, vnus exitit auctor erroris. In
hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine
malis esse possunt. Antea facta itaque tempora fratres
charissimi ad memoriam reuocate, & vos ad malo-
rum tolerantiam roborate, &c. *Vide reliqua hom. 38. in
Euang.*

Hoc ouile sanctæ Ecclesiæ hædos cum agnis re-
cipit, sed attestante Euangelio, cum iudex venerit,
bonos à malis separat, sicut pastor segregat oues ab
hædis. Neque etenim possunt qui hic carnis suæ vo-
luptatibus seruiunt, illic in ouium grege numerari.
Illic eos à sorte humilium iudex separat, qui se hic
in superbiæ cornibus exaltant. Regnum cælorum per-
cipere nequeunt, qui hic & in cælesti fide positi, toto
desiderio terrena quærunt. Et multos tales intra Ec-
clesiam fratres charissimi cernitis, sed eos nec imita-
ri, nec despiciere debetis. Plerumq; & qui post nos ve-
nire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit,
& vix cras sequimur, quem hodie præire videba-
mur, &c. *Hom. 19. in Euang.*

Carnales qui in Ecclesia sunt sanctam animam
sponsam Christi, dormientem nonnunquam impor-
tunè excitant, negotijs mundi implicare desiderant:
quia eius vitam inutilem existimant, dum ab eo-
rum curis eam se abstinentem considerant. Hi tales
satis congruè non filij, sed filix nominantur: quia
dum effœminatōs mores nutriunt, virili dignitate
amissa, quales interius habentur, exterius nomine
fœmineo designantur. Hi dilectam suscitare sub ad-
iura,

Matth. 25.

Mali qui in
Ecclesia cœ-
nuntur, nec
imitandi,
nec despici-
endi sunt.

Carnales
homines
sanctā Chrī-
sti sponsam
nonnunquā
vocare stu-
dent.

juramentum pondere prohibentur, ne videlicet mentem quæ ad vacandum Deo se accingit, & solis spiritualibus studijs inhærere concupiscit, importunis sollicitationibus inquietent, & tenebris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilent. *In caput 2. Cantic.*

Vxor Iob ty-
pum homi-
nū carnaliū
representat.

[Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere.] Cuius enim speciem malè suadens mulier tenuit, nisi quorumlibet carnalium in Ecclesiæ sinu positurorum, qui quò verbis professæ fidei intus sunt, eò bonos in correctis suis moribus peius mutant? Nam minus fortasè nocuissent, si non eos sancta Ecclesia introrsus admittens, vsque ad fidei cubile reciperet, quos dum per professam fidem recipit, sibi procul dubio penè inquitabiles facit. *Lib. 3. Moral. cap. 14.*

7. *Nullam esse salutis spem extra Catholicam Ecclesiam; imò nec martyrium nec vlla alia bona opera sine hac prodesse cuiquam posse.*

Inexpiables & grauis culpa discordia nec passione purgatur. Est enim Martyr non potest, qui in Ecclesia non est. *Cypr lib. de vnica Eccles. Iob. 28.* Occidi hæretici possunt, correnari nō possunt.

Quisquis extra vnitatem Ecclesiæ patitur, peccatis pati potest, martyri fieri non potest; quia nō locus est in quo conflatur. Quid itaque ad hæc hæretici dicitis? Conflari per afflictionem carnis, vel etiam per martyrium vultis, sed locum in quo debeatis conflari, nescitis. Audite quid sancti Prædicatoris voce dicitur: *Auro locus est in quo conflatur.* Hunc ergo conflationis locum quærite, hanc fornacem qua aurum aptè purgari valeat, inuenite. *Vna est Ecclesia, in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari.* Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc positi sustinetis, incendi potestis tantummodo, non purgari. *Lib. 18. Moral. cap. 14.*

Quisquis ab hac vnitatem matris Ecclesiæ siue per hære-

hæresin de Deo peruersa sentiendo, seu erroris schismatis proximum non diligendo diuiditur, charitatis huius gratia priuatur: de qua hoc quod præmissimus, Paulus dicit: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam; nihil mihi prodest. Ac si aperta voce diceret: *Extra locum suum conflationis, mihi ignis adhibitus, tormento me cruciat, mundatione non purgat.* Hunc omnes sanctæ pacis amatores, summo studio locum quærunt, hunc quærentes inueniunt, hunc inuenientes tenent: esse remissos, peccatorum remissio, vel vbi vel quando, sive vel qualibus detur. Vbi quippe, nisi in Ecclesiæ matris sinu? &c. *Ibidem cap. 15.*

[Nunquid propter te derelinquetur terra?] Hæretici se vbi que Deum colere, se totum mundum existimant occupasse. Quid est ergo dicere: Nunquid propter te derelinquetur terra, nisi hoc quod sæpe fidelibus dicunt, quia si hoc est verum quod vos dicitis, omnis à Deo terra derelicta est, quam iam præ multitudine nos tenemus. Sancta autem vniuersalis Ecclesia prædicat, saluari veraciter, nisi intra se non posse, asserens quod omnes qui extra ipsam sunt, minimè saluabuntur. At contra hæretici qui etiam extra ipsam saluari se posse confident, in quolibet salo Ecclesiæ loco sibi diuinum adiutorium adesse profitentur. Vnde dicunt: Nunquid propter te derelinquetur terra, id est, ut quisquis extra te fuerit, minimè saluetur.

Lib. 14. Moral. cap. 2.

[Vinea fui pacifico, in eâ quæ habet populos.] Quæ est ista quæ habet populos, nisi sancta Ecclesia per totum orbem diffusa: Illa namque habet populos, quia ex omni parte terrarum rectè credentes continet. In hac ergo solummodo electus, quisque vinea efficitur, quia nullum aliquando fructum ferre poterit, qui ab vnitatem Ecclesiæ discedit. Eo enim Deo poculum subtrahit, quo hæreticorum ineptæ garrulitati consenti potest.

Hæretici extra Ecclesiâ Catholicâ constituti, charitate Dei & proximi carent. *1. Cor. 13.* Extra Ecclesiâ Catholicam non esse remissos, peccatorum remissio, vel qualibus detur.

Omne spem salutis hæreticis esse preclusam, quæ diu vniuersæ extra ipsam saluari se posse confident, in quolibet salo Ecclesiæ loco sibi diuinum adiutorium adesse profitentur. Vnde dicunt: Nunquid propter te derelinquetur terra, id est, ut quisquis extra te fuerit, minimè saluetur.

Cantic. 8.

Ab vnitatem Ecclesiæ discedens, nullum profert bonorum operum fructum potest.

consentit. In *Psal. 3. pœnit. ad hæc verba, Potum meum cœsueu miscebam.*

Deus qui lætatur in vnitatem fidelium, & reuelat quærentibus veritatem, cordibus vestris dilectissimi fratres aperiat, quanto vos desiderio in gremio cupiam sanctæ vniuersalis Ecclesiæ contineri, & in eius manere vnitatem concordem. Quod fore non dubito; si abiecto contentiois stimulo, satisfieri vobis veraciter de his, de quibus est dubium, intendatis. *Libr. 4. Epist. cap. 94.*

Cõparatio arcę & Ecclesiæ: nam sicut extra illam constituti, aquis diluuij perierunt, ita qui se ab hac separant, saluari non possunt. **M**onophysitarum conuersio ad Romanam seu Catholicam Ecclesiam.

Seruata veritate historię, quid aliud est, quod diluuij tempore humanum genus extra arcam moritur, ad vitam verò in arca seruat, nisi hoc quod appere nunc percipimus; quia infideles quosque extra Ecclesiam peccati sui vnda perimit, & fideles suos in fide atque in charitate sanctæ Ecclesiæ vnitatem, quasi arcę compago custodit: Quæ arca videlicet de impunitibus lignis compingitur, quia de omnibus fortibus atque in bono suo perseverantibus ædificatur. *Lib. 9. Epist. cap. 40 in princ.*

Latore, præsentium Siciliam venientes; à Monophysitarum errore conuersi sunt, atque sanctæ vniuersali Ecclesiæ semetipsos adunauerunt. Qui ad B. Petri Apostolorum principis Ecclesiam petendentem, poposcerunt à me, vt eos meis epistolis vestræ beatitudini commendare debuissim, quatenus ab hæreticis, qui iuxta ipsos sunt, nullam iam violentiam perpeti permittantur. *Lib. 10. Epist. cap. 55.*

3. Hæreticos & schismaticos in Ecclesia non esse, etsi fidem & Sacramenta, reliquaquæ omnia sibi falsè arrogent.

Hæreticorum aliorumque qui in Ecclesia non sunt, sacrificia,

Quia nonnunquam hæretici diuinæ gratiæ largitate perfusi, ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ redeunt, bene hoc ipsa amicorum reconciliatio ne signatur: pro quibus tamen B. Iob exorare præcipitur,

tur, quia hæreticorum sacrificia accepta Deo esse nequeunt, nisi pro eis vniuersalis Ecclesiæ manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniant, quam verborum iaculis impugnando feriebant. Vnde & septem pro eis sacrificia memorantur oblata: quia dum septiformis gratiæ spiritum confidentes accipiunt, quasi septem oblationibus expiantur. *Et post pauca.* Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertantur ad Ecclesiam, & septenarij sacrificio tauròs & arietes mactando offerant: quia vt vniuersali Ecclesiæ coniungantur, humilitate interueniente interficiant quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant. *Præfat. in Iob. cap. 13.*

[Nunc autem derident me iuniores tempore.] Omnes hæretici ætati vniuersalis Ecclesiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur: quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressi est ab illis. Vnde rectè quoque per Ioannem dicitur: à nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permaassissent vtique nobiscum. *Et paucis interiectis.*

Sancta ergo Ecclesia cum canibus gregis sui hæreticorum patres ponere deditur: quia inuentores errorum diiudicando respuit, eosque inter veros patres numerare contemnit. Qui etsi quosdam visi sunt à gentilitatis errore reuocasse, quorumdam mores ad honesta agenda decuisse: pro eo tamen quod de Deo recta non senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit: quia cum rectis prædicatoribus non ascribit. Liqueat enim, quod Arius, Forinus, Macedonius, Nestorius, Euty chius, Dioscorus, Seuerus, multi que his similes docendo atque suadendo conati sunt Patres videri: sed errores eorum sancta vniuersalis Ecclesia districta seueritate diiudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos eiusdem gregis vnitatem dissipantes damnat, &c. *lib. 20. Moral. c. 7.*

Deo accepta esse non possunt.

Iob. 30.

Hæretici à nobis egressi sunt, non e contra.

1. Ioan. 2.

Ecclesia hæreticos aliosque errores inuentores exterminat.

Hæreticorum Patres, sunt hæretici.

Omnes

Omnes hæreticos sancta Ecclesia vita ipsa fatetur in dignos: quia nimirum sub nomine Christi militant contra nomen Christi. *Ibidem cap. 8.*

Notandum magnopere est quod conversionis suæ sacrificium Domino non per se, sed per Iob (*amicum*) iubentur offerre. Nimirum hæretici cum ab errore redeunt, quia erga se iram Domini suo per se oblato sacrificio placare nequaquam possunt, nisi ad Catholicam Ecclesiam, quam Beatus Iob significat, conuertantur, ut salutem suam eius precibus obtineant, cuius fidem peruersis assertionibus impugnant. Ait enim: Iob seruus meus orabit pro vobis; faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia. Ac si aperte hæreticis dicat: Sacrificia vestra non accipio, petitionum vestrarum verba non audio, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba de me veraciter cognoscō. Et vos quidem tauros atque arietes ad exhibenda sacrificia conversionis vestræ deducite, sed à me salutem vestram per Catholicam Ecclesiam quam diligo postulate. *Libr. 35. Moralium cap. 5.*

Hæreticorum sacrificia Deus reprobat.

In Catholica Ecclesia solum vera redemptoris hostia immolatur.

In vna namque domo agnus comeditur: quia in vna Catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex offerri foras prohibet, quia dari sanctum canibus verat. Sola est in qua opus bonum fructuose peragitur, vnde & mercedem denarium non nisi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola est in qua superna mysteria veraciter contemblemur. *Ibid. cap. 6.*

9. Eccle-

9. Ecclesiam non errare, neque suos in errorem inducere.

Qui perseverauerit vsque in finem saluus erit. Quod si vniuersalis Ecclesiae status conspicitur, spiritum Domini in Dauid in reliquum directum videmus: quia electos sanctae Ecclesiae ab eiusdem Ecclesiae primordiis Spiritus sancti gratia replere cepit, quos vsque ad mundi finem custodire non desinit. *In cap. 16. lib. 1. Reg.*

[Dignum dilecto meo ad potandum.] Tale est sponsum vinum, ut dignum sit dilecto ad potandum: quia dum sancta Ecclesia fidem veram praedicat: dum auditores suos ad sancta opera excitat: dum solum Christum diligere, imitari, amplecti, bonum esse verbis & operibus demonstrat: quid aliud quam vinum suum dignum facit in ore sponsi dulce sapiat? *In 8. c. Cant.*

Quia vero sancta Ecclesia ex magisterio humilitatis instituta, recta quæ errantibus dicit, non quasi ex autoritate praecipit, sed ex ratione persuadet, bene nunc dicitur: Videte an mentiar. Ac si aperte dicat: Ea quæ assero, nequaquam mihi ex autoritate credite: sed an vera sint ex ratione pensate: quæ etsi quando dicit quod ratione comprehendere non valet, ne de occultis humana ratio quærere debeat, rationabiliter suadet. *Lib. 8. Moral. cap. 1.*

Sancta Ecclesia studet prius assertiones hostium falsas ostendere, & tunc praedicamenta veritatis aperire: quia cum recta se tenere aestimant, recta quæ audiunt contumaciter impugnant. Ante ergo necesse est ut errorem suum hæretici sentiant, ne auditæ veritati contradicant: quia etsi camporum sentes arator vomeris scissione non crui: terra accepta semina in segetes non producit. Er cum putredinem medicus vulneris apertione non eicit: nequaquam in loco putredinis sana caro coalescit. Prius ergo per-

Matth. 24. Spiritus S. qui Ecclesiae adest, eam ab omni errore conseruat.

Cant. 8.

Iob. 6.

Ecclesiae officium est, & falsa arguere, & vera docere.

uersa destruens, dicat: Loquentes id quod iustum est iudicate, post autem recta adiungens insinuet: Et nō inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stultitia personabit. Solent autem hæretici alia apertè dicere, alia occultè sentire. *Lib. 3. Moral. cap. 2.*

Hæretici se-
pè aliter lo-
quuntur, &
sentiant.

Ecclesia Ca-
tholica ne-
minem er-
rore circum-
uenit, sed
sicuti loqui-
tur, ita sen-
tit; & ut sen-
tit, ita lo-
quitur.

Sanctæ Ecclesiæ nec in lingua iniquitas: nec stultitia in faucibus resonat: quia ea quæ per publicam locutionem prædicat, etiam per intimam fidem seruat: nec in aperto aliud docet, atque in occultis aliud retinet: sed & quod sentit, loquendo docet, & quod loquitur, viuendo custodit: ac de sapientiæ supernæ conuiuio quiddam per linguam prædicationis emanat, hoc per fauces tacitæ expectationis degustat. *Ibid. cap. 3.*

10. *Ecclesia spirituales datas clauis soluendi & ligandi.*

Ecclesia, quæ corpus Christi est, cui clauis regni cælorum tributæ sunt, & ligandi atque soluendi potestas data, ideo peccatores quotidie suscipit, quia illam iræ Dei sententiam agnoscit. *In s. P. Jul. penit.*

Cant. 3.
Ostium re-
ctè Ecclesiæ
dici.

(Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.) Ostium etiam bene esse Ecclesiam dicimus, quia ab ipso Christo potestatem aperiendi & claudendi accepisse scimus. Ostium procul dubio in suis prædicatoribus existit, quia per eos aditus ad vitam se nobis aperit. Vnde & ipsi primo pastori Ecclesiæ dicitur: Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. *In cap. 8. Cantic.*

Sancta Ecclesia, cuius sæpe iam B. Iob speciem tenere prædiximus, non solum tunc de iniquis iudicat, cum vltimi iudicij dies aduenerit: sed nunc etiã de cunctis prauè agentibus vel stultè sentientibus iudicare non cessat. *Lib. 11. Moral. cap. 14.*

Cum

Cum potentia temporalis ministerium suscipitur, summis cura vigilandum est. ut sciat quisque & sumere ex ea quod adiuuat, & expugnare quod tætat: & æqualem se cum illa cæteris cernere, & tamen se peccantibus zelo vltionis præferre. Quam discretionem plenius cognoscimus, si etiam potestatis Ecclesiasticæ exempla cernamus. Petrus namque auctore Deo Ecclesiæ principatum tenens: à bene agente Cornelio & sese ei humiliter prosternente, immoderatus venerari recusauit, seque illi similem recognouit, dicens: Surge ne feceris, & ego ipse homo sum. Sed cum Anania & Saphira culpam reperit, mox quanta super cæteros potentia exereuisset, ostendit. Verbo enim eorum vitam perculit, quam spiritu percutante depræhendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnouit. Illic communionem æqualitatis meruit sanctitatis actionis, hic zelus vltionis ius aperuit potestatis. *Lib. 26. Moral. cap. 22.*

Non immeritò Doctores sancti ostia vocantur: quia & ingressum fidelibus aperiunt, & rursum sese perfidis ne ingrediantur opponunt. Pensemus quale Ecclesiæ ostium extitit Petrus, qui inuestigantem fidem Cornelium recepit: precio quærentem miracula Simonem repulit, illi dicens: In veritate comperi quoniam non es personarum acceptor: Deus: secreta regni benignè aperuit. Huic inquitens: pecunia tua tecum sit in perditionem, per districtæ damnationis sententiam: cælestis aula aditum clausit. Quid cuncti Apostoli nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, cum voce redemptoris sui audiūt: Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt: ac si illis apertè diceretur: Per vos ingredientur ad me hi quibus vos: et ipsos panditis; & repellentur quibus obseratis. *Lib. 28. Moral. cap. 16.*

Petrus vltis
potestate
sua in Ana-
niam & Sa-
phiram ob-
proprietas
vitium seu-
re animad-
uertit.

Apost. 10.

Apost. 20.

11. *Christum esse fundamentum, caput & spon-
sum Ecclesie.*

Cantic. 7.

CApud tuum vt Carmelus &c.] Caput Ecclesie
Christus: qui bene vt Carmelus dicitur, quia ipse
per passionem quam sustinuit, ad gloriam
Patris est exaltatus. *In cap. 7 Cantic.*

*Christus est
vna substantia
cum Ecclesia.*

Coloß. 1.

Dominus ac redemptor noster cum sancta Ecclesia
quam redemit, secundum carnem vna substantia
est, Paulo attestante, qui ait: A dimpleo ea que defunt
passionum Christi in carne mea, pro corpore eius
quod est Ecclesia. Huius capitis corpus Ecclesia est, &
huius corporis caput Christus. De quo suo capite ex-
ultat corpus, id est sancta Ecclesia, cum per Psalmi-
stam dicit: Nunc autem exultauit caput meum su-
per inimicos meos. Quia enim quandoque ipsa et-
iam exaltanda est, iam nunc caput suum super ini-
micos suos exaltatum gaudet in cælis. *Homil 15 in E-
zech in princ.*

Psal. 26.

*Per Sion Ec-
clesia signifi-
catur.*

[Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion.]
Sion speculatio interpretatur, per quam sancta signifi-
catur Ecclesia. Quæ in eminentioribus virtutum
& scientiæ locata vestigijs, & cælestem patriam à
longè prospicit, & irruentes spiritualium inimicorum
cuneos, interiori intuitu deprehendit. Cui
Deus tunc benignè fecit, quando Filium suum in
mundum misit. Veniens autem Filius Dei, quam de
Diabolica potestate eripit, sanctam sibi Ecclesiam in
vinitate Spiritus confederauit. De quo Ioannes

*Vide etiam
cap. 11. præfa.
in Iob. 2. li.
3. Moral. c. 11.*

ait: Qui habet sponfam, sponsus
est. & cæter. *In Psalm. 4.*

pauit.

CAPVT

CAPVT SEPTIMUM,
De Scripturis sacris.

1. *Scriptura nomine non modò libros noui, sed &
veteris testamenti contineri.*

ALiquando per arcum etiam sacra scriptura
signatur. Ipsa quippe arcus est Ecclesie, ipsa
arcus est Domini, de qua ad corda hominum
sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiæ veni-
unt. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Arcum
suum tetendit & parauit illum, & in ipso para-
uit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Arcum
namque suum Dominus tetendit: quia cunctis
peccatoribus per scripturam sacram minas exhibuit.
In quo arcu scilicet vasa mortis præparat: quia secun-
dum eloquij sui sententiam eos qui nunc corrigi
negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas
suas ardentibus effecit, quia in eos quos per terrorem
corrigit, accensas verborum sententias emittit. De
hoc prædicatorum arcu per Esaiam dicitur: Cum sa-
gittis & arcu egrediuntur illuc: quia nimirum sancti
Apostoli ad feriendam gentilis vitæ duritiam cum
districtis verborum spiculis venerunt. Quid igitur
hoc in loco arcus nomine, nisi sacrum eloquium de-
bet intelligi: In corda etenim testamentum nouum,
in cornu verò testamentum vetus accipitur. In arcu
autem dum corda trahitur, cornu curuatur. Sic in
hoc eodem sacro eloquio dum testamentum nouum
legitur, duritia testamenti veteris emollitur. Ad eius
namque spiritalia & blanda præcepta illius rigor se-
literæ inclinatur: quia testamentum nouum dum qua-
si quodam bonæ operationis brachio trahitur, in tes-
tamento veteri feueritatis iura flectuntur. *Libr. 19.
Moral. cap. 28.*

*Per arcum
sacra scrip-
tura signifi-
catur.*

Psal. 7.

Esaiæ 7.

*Pulchra si-
militudo.*

Rota eadem quæ iuxta animalia apparuit, qua-

Scriptura sacra per vtraque testamenta, in quatuor partibus est distincta.

tuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per vtraque testamenta in quatuor partibus est distincta. Vt is etenim testamentum in lege & prophetis, nouum verò in Euangelijs atque Apostolorum actibus & dictis. *Hom. 6. in Ezech.*

(Et vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi si sit rota in medio rotarum.) Vna similitudo ipsarum est quatuor, quia quod prædicat lex, hoc etiam Prophetæ: quod denunciant Prophetæ, hoc exhibet Euangelium: quod exhibuit Euangelium, hoc prædicauerunt Apostoli per mundum. Vna ergo est similitudo ipsarum quatuor, quia diuina eloquia etsi temporibus distincta, sunt tamen sensibus vnita. *Ibidem.*

2. Catalogus librorum Canoniorum.

Libri Regum non minus ad Canonem sanctarum Scripturarum pertinent, quæ quinque libri Moysis, Iosue & Iudicum.

Post Moysi, & Iesu Naue libros & Iudicum, octauus siue nonus in Canone Sanctarum Scripturarum primus liber Regum ostenditur. Qui profecto liber, sicut & pleraque volumina sacri eloquii quod à sanctæ Ecclesiæ Doctoribus nondum sit expositus, nonnulli simpliciores hunc non esse mysticum arbitrantur, & eò sublimiora per Spiritum nulla dicere, quò planiora per litteram viderentur enarrare. Sed si ea quæ in alijs explanationum libris Doctores sancti locuti sunt legerent, huius quoque historia quam sit immensa profunditas inuenirent. *Prologo in lib. 1. Reg.*

Ruth.

Renuiter cuiusdam bonæ mulieris verba loquor. Nolite me vocare Noëmi, id est pulchram, sed vocate me, Mara, quia amaritudine plenum sum. *Libr. 7. Epistol. cap.*

125.

Libri

Libri duo Regum priores, qui & Samuelis dicuntur.

Historia Regum, quia eo spiritu condita sunt, quo & cætera Scripturæ sanctæ volumina cognoscuntur, non debet credi eis esse minor sacramentis, quibus non est inferior titulo auctoritatis. Vnde & hic liber 1. & 2. eiusdem historiarum, ad hoc Prophetæ Samuelis ascribitur, vt ex auctoritate titulo sentiatur historia quam scribit, non tam historia quam Prophetia, simplex veraque litera, sed alta nimis, & multiplicitate occultorum sensuum profunda. *Prologo in lib. Reg.*

Samueli Prophetæ duo priores libri Regum ascribuntur.

Libri duo posteriores Regum.

Bene in libris Regum scriptum est: Nebula impleuit domum Domini, & non poterant Sacerdotes ministrare propter nebulam. Exigentibus enim meritis, dum superbi Iudæorum Pontifices diuina mysteria per parabolas audiunt, Sacerdotes in domo Domini quasi propter nebulam ministrare nequiverunt. Qui & in testamento Veteri, dum sensus mysticos literæ velamine coopertos inter obscuras allegoriarum caligines inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministerium propter nebulam perdidit. *Lib. 30. Moral. cap. 1.*

De Regina Saba scriptum est, quod audita sapientia Salomonis, & visis ministris domus eius, non habebat ultra spiritum: quia electorum Ecclesia de gentibus congregata, cognita Christi gratia, & Evangelicæ doctrinæ inuentis magistris, abiecto superbiæ spiritu, omnique elationis fastu deposito, didicit de se ipsa diffidere, & in regis sui misericordia magna sperare. *In Psal. 7. pœnit.*

Bonus ille discipulus qui magistrum in aera tolli videbat, per magnæ charitatis affectum clamabat, dicens: Pater mi,

E 4

mi,

mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. *Hom. 21. super Ezech.*

Libri duo Paralipomenon.

1. Paral. 11.

DAuid Regis factum mihi ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de cisterna Bethleemita, quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequentibus militibus fuisset allata, protinus dixit: Absit à me ut sanguinem iustorum hominum bibam. Quam quia fudit & bibere noluit, scriptum est: libauit eam Domino. *Lib. 7. Epist. cap. 1. 2.*

2. Paral. 4.

Ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare æneum, id est luterem duodecim boues portant, qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim boues, nisi vniuersus pastorum ordo signatur? *Lib. 1. Epist. cap. 24.*

Tobias.

Tob. 4.

SCRIPTUM EST: Panem tuum & vinum super sepulcrum iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Panem enim suum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo quod iniqui sunt impendit. *3. parte cura Pasto. admonit. 21.*

De libro Iudith & Esther.

ET SI NULLA ex his duobus libris testimonia in medium proferat B. Gregorius, non tamen inde sequitur eos Canonicos non esse: Nam librum Iudith egregium testimonium habere à Synodo Nicæna, omnium Synodorum generalium prima & celeberrima (quam & nostri temporis heretici se recipere gloriantur) affirmat. B. Hieronymus præfat. in hunc librum Ad h. ec. Iulium Africanum lib. 1. de partibus diuine legis, & Isidorus lib. 6. Etymol. cap. 1. Ecclesiam Christi hunc librum inter diuinos libros honorare et præd.

predicare testantur. Librum autem Esther vnà cum appendice, hoc est septem posterioribus capitibus inter Canonicos relatum dubium non est, cum id manifestè constet ex Concilio Laodicæno, cap. 59. & Carthaginensi 3. can. 47. veteribusque tam Græcis quam Latinis Patribus, scilicet Origene in 1. Psalm. Eusebio lib. 3. histor. cap. 25. Cyrillo Catech. 4. & Damasceno lib. 4. cap. 18. Item Hilario in 1. Psalm. Innocentio epist. 3. Ruffino in Symbolo, & Augustino lib. 2. de doctr. in Christi cap. 8. Atque hi præfati Patres non solùm inter Sacros libros Volumine Esther numerant, verùm etià de eo volumine loquuntur, quo tum ipsi, tum Ecclesia vniuersa eo tempore utebatur. Vtebatur autem eo tempore vniuersa Ecclesia libris Sacris iuxta eam editionem, quam B. Hieronymus præfatione in librum Esther, & sæpe alibi, Vulgatam vocat, quæ, ut ipse ait, Græcorum lingua & litteris continetur: in qua editione septem illa capita libri Esther non defuisse testes sunt in primis ipsi Græci textus, quo nomine septuaginta duorum interpretum circumferuntur; testis quoque est S. Athanasius in Synopsi, vbi summam & primas sententias singulorum librorum ascribit: Testis denique est Hieronymus, qui in sua translatione aliquot locis admonet, septem ista capita in Hebræis codicibus non haberi, sed ex vulgata editione à se esse deprompta.

Iob.

INTER multos sæpe quaeritur quis libri Beati Iob scriptor habeatur. Et alij quidem Moysen, alij vnumquemlibet ex Prophetis scriptorem huius operis fuisse suspicantur. Quia enim in libro Geneleos Iobab de stirpe Esau descendisse, & Bale filio Beor in regnum successisse describitur; hunc B. Iob longè ante Moysi tempora extitisse crediderunt, morem profectò Sacri eloquij nescientes: quia in superioribus suis partibus solet, breuiter longè secutura perstringere, cum studet ad alia subtilius enumeranda properare. Vnde & illud Iobab, priusquam Re-

Multis dubitant de Authore libri Iob.

Genes. 36. * al. Balach

ges in Israel existerent, fuisse memoratur. Nequaquam ergo extitisse ante legem cognoscitur, qui Israeliticorum iudicum temporum fuisse signatur. Quod dum quidam minus cautè considerant, Moysen gestorum illius quasi longè antepositi scriptorem putant: ut videlicet is qui potuit ad eruditionem nostram legis præcepta edere, ipse credatur etiam ex gentilibus viri historia, virtutis ad nos exempla mandasse. Non nulli verò (ut dictum est) scriptorem huius operis vnum quemlibet ex Prophetis arbitrantur: asserentes quod nullus tam mystica Dei verba cognoscere potuit, nisi cuius mentem Prophetiæ spiritus ad superna subleuauit. Sed quis hæc scripserit valdè superuacue quæritur, cum tamen Auctor libri Spiritus sanctus fideliter credatur. *Et post pauca:* Arbitrari autem verius possumus, quod idem B. Iob, qui certamina spiritualis pugnae sustinuit, etiam consummatae sue victoriæ gesta narrauit. *Præfat. in lib. Iob. cap. 1.*

Liber Psalmorum.

SI ille Rex & Propheta conuenienter Dauid, id est manu fortis vocatus est, quia ipsum interfecit, leonem suffocauit, Goliath fortissimum lapidis vnus ictu prostrauit, & gentes innumeras imperij sui ditioni subegit: non incongruè eodem nomine sanctam animam accipimus, quæ illum qui quasi leo rugiens circuit quærens quem deuoret in se ipsa interficit, & si quando eam sicut fortis armatus aperto certamine aggreditur, lapidis quem reprobauerunt ædificantes illum ictu prosternit, corporis nihilominus passiones subigit, atque ad virtutum officia conuertit: Psalterium quoque eandem animam spiritualibus exercitijs assuetam non inconuenienter nominamus. Sicut enim musicum illud instrumentum triangulum decem chordarum infle-

Spiritum S. esse auctorem libri Iob; huius namque in scriptu B. Iob librum hunc scripsisse Gregorius existimat.

inferius quidem percutitur, superius verò sonare videtur, ita anima sanctæ Trinitatis fide formata decem legis præceptis instructa, inferius percutitur, & superius auditur: quia cum carnem aliquis perfecte affligerit, tunc suauissimum Deo in dulcedine melos reddit. Per Psalmum ergo meditationes & laudes & gaudia de Deo in anima concepta accipimus, sicut cantum illius musici instrumenti Psalmum vocamus. Psalmus ergo iste, id est hæc meditatio, Dauid, id est fideli animæ virtutibus exercitata attribuitur, animæ scilicet tendenti in finem, id est in Christum, qui est initium & finis. *Prologo in 7. Psal. penitent.*

Dauidi Psalmum tertium tribuitur & ascribitur.

Quinque libri Salomonis, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus.

Post Prouerbia Ecclesiastes, post Ecclesiasten Canticum canticorum non casu, sed plena ratione ponitur. In Prouerbijs moralis vita exprimitur, cum dicitur: Audi fili mi sapientiam. In Ecclesiaste naturalis, vbi finis omnium consideratur, cum dicitur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In Canticò verò canticorum contemplatiua vita exprimitur, dum in eo ipsius Domini aduentus & adspèctus desideratur, cum sponsæ voce dicitur: Osculetur me osculo oris sui. *In Prologo super Cantica.*

In Prouerbijs moralis vita exprimitur, in Ecclesiaste naturalis, in Canticò canticorum contemplatiua.

In libro Sapientiæ scriptum est: Per magnitudinem enim creaturæ & speciem, potest intelligibiliter Creator videri. *Lib. 26. Moral. ca. 8.*

Sap. 13.

Bene per Salomonem dicitur: Qui addit scientiam, addit & dolorem. Qui enim scientiam summa quæ adhuc non habet, magis de infimis, in quibus retinetur, dolet. *Lib. 1. Moral. cap. 26.*

Ex li.

Ex libris Prophetarum nulla hic testimonia breuitatis studio citamus, cum vel nulli vel pauci admodum inueniantur, qui de illorum auctoritate ambigant.

Libri Machabæorum.

Magnopere oportet & bona se per agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautè in cogitatione custodire, ne si mentem eleuant bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. De qua re non inordinate agimus, si ex libris licet non Canonicis, sed tamen ad ædificationem Ecclesiæ æditis testimonium proferamus. * Eleazar namque in prælio elephantem feriens strauit, sed sub ipso quem extinxit occubuit. Quos ergo iste significat quem sua victoria oppressit, nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsa quæ subiiciunt superbiendo succubunt? Quasi enim sub hoste quem prosternit moritur, qui de culpa quam superat eleuatur. *Lib. 19. Moral. cap. 17.*

* Notandum hoc loco Gregorium vnà cum Hieronymo vocare libros Machabæorum non Canonicos, propterea quod generale Concilium necdum de his libris certi aliquid statuerat. Vnde ne in re tam seria, de qua multi necdum edocsi fuerant, quicquam temerè definirent, hinc nonnulli Patres vii & Laodicænum Concilium eos in catalogis sacrorum Voluminum tunc temporis non annumerarunt. At verò nunc postquam diligenti facta discussione, hos libros diuinos esse agnouerunt, at que in Canonem retulerunt, amplius de eorum auctoritate dubitare, nefas putandum. Habent namque hi libri præter Concilij Tridentini commune ac celebre testimonium, etiam insigne encomium ab ipso D. Augustino, qui lib. 2. contra Epistolas Gaudentiij cap. 23. eorundem auctoritatem studiosè defendit, Scripturam sanctam eis appellans. Et lib. 18. de Ciuitat. Dei, cap. 36. Libros, inquit, Machabæorum non Iudæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet. Honorificè quoque hosce libros citant Cyprian. lib. de Exhor.

1. Machab. 6.

Exhortatione Martyrij cap. 11. Gregor. Nazianz. in Orat. de Machab. Ambros. lib. 2. de Iob. cap. 10. 11. & 12. Isidorus lib. 6. Etymol. cap. 1. & alij passim.

Libri Noui Testamenti.

Et petra fundebat mihi riuos olei. *J* Quia petra nomine Christus accipitur, Prædicator egregius faretur, dicens: Petra autem erat Christus. Quæ videlicet petra nunc ad vsum sanctæ Ecclesiæ olei riuos fundit: quia in ea loquens Dominus prædicamenta vñctionis intimæ emanat. De hac petra olei riuus exijt liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, liber Ioannis. In diuersis huius mundi partibus quot prædicamenta edidit, tot petra hæc per ora Apostolorum omnium olei riuos fundit. Toties adhuc de petra hac olei riuus funditur, quoties à sancto Spiritu vngendis mentibus auditorum, ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt explanantur; Et riuus vocantur olei, quia decurrunt & vngunt, in quibus quisquis tingitur, quisquis vngitur, interius impinguatur. *Lib. 19. Moral. cap. 12.*

[Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.] Quatuor facies vni sunt, quia si requiras quid Matthæus de incarnatione Domini sentiat, hoc nimirum sentit, quod Marcus, Lucas & Ioannes. Si quæras quid Ioannes sentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus & Matthæus. Si quæras quid Marcus, hoc quod Matthæus, Ioannes & Lucas. Si quæras quid Lucas, hoc quod Ioannes, Matthæus & Marcus sentit. Quatuor ergo facies vni sunt, quia noticia fidei qua cognoscuntur à Deo; ipsa est in vno quæ est simul in quatuor. Quicquid enim in vno inuenieris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces. *Hom. 3. super Ezeç. in prinç.*

Rectè vita sanctæ Ecclesiæ multiplicata per decem & quatuor computatur, quia vtrumque testamentum custodiens, & tam secundum legis Decalogum quam

Iob. 29.

1. Cor. 10.

Magnam esse Euangelistarum inter se concordiam & consonantiam.

Sancta Ecclesia quatuordecim Pauli Episcopi quam

Solas pro Canonice agnoscit: de cimam autem quintam, quæ est ad Laodicenses, rejicit; tum quod de eius auctoritate non plane constat, tum quod ab hereticis deprauata putetur, vel quod iniuria temporis perierit.

Deum esse immortale & immutabilem probat B. Gregorius testimoniis D. Iacobi Apostoli; unde non est epistola hæc per straminea habenda, ut vult Lutherus.
1. Pet. 5.

quam secundum quatuor Euangelij libros viuens, usque ad perfectionis culmen extenditur. Unde & Paulus Apostolus quamvis Epistolas quindecim scripserit, sancta tamen Ecclesia non amplius quam quatuordecim tenet: ut ex ipso Epistolarum numero ostenderet quod Doctore regius legis & Euangelij secreta rimasset. *Lib. 35. Moral. cap. 25.*

Acta Apostolorum.

AD insinuandam Dominicæ resurrectionis veritatem, notandum nobis est quid Lucas referat, dicens: Conuersens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent. *Homil. 29. in Euang. in princ.*

Epistola Iacobi.

DE auctore omnium scriptum est: Qui solus habet immortalitatem: quia videlicet in se metipso solus immutabilis est. De quo pet Jacobum dicitur; Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ipsa enim mutabilitas umbræ est, quæ quasi obscuraret lucem, si hæc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla eius lumen umbra vicissitudinis intercidit. *Lib. 12. Moral. cap. 17.*

Epistola I. & II. B. Petri Apostoli.

IM circuitu inimicos habemus; quia ante, retro, in dextram & sinistram malignorum spirituum certamen patimur. Unde & B. Petrus Apostolus nos cohortatur dicens: Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. *In cap. 14. lib. 1. Reg.*

Scriptum est: Non adulterabis: Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

suo. Per Moysen quippe luxuria perpetrata, per auctorem verò munditiæ, luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim quod discipulis primus Ecclesiæ Pastor dicit: Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. *Lib. 21. Moral. cap. 2.*

Petrus vitam B. Lothi glorificat, dicens: Et iustum Lothi oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit. *Lib. 20. Moral. cap. 29.*

Petrus Apostolorum primus cum multa discipulos admoneret, atque à quibusdam detrahi Pauli scriptis agnosceret, dicit: Sicut charissimus frater noster Paulus fecundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficulta intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Ecce Paulus in epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, & ecce Petrus in epistolis suis asserit Paulum in his quæ scripserat admirandum. Certè enim nisi legisset Petrus Pauli epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia illic ipse reprehensibilis dicitur, inuenit. *Hom. 18. super Ezech.*

De Epist. Ioannis Apostoli, eiusdemq; Apocal.

Dilectus Iesu discipulus loquitur, dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *In cap. 13. lib. 1. Reg.*

De fide & operatione Ioannes Apostolus fatetur, dicens: Qui se dicit nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est: notitia quippe Dei ad fidem pertinet, mandatorum custodia ad operationem. *Hom. 22. super Ezech.*

[Similitudo hominis in eis.] Post hanc verò similitudinem, quæ nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriæ peruenitur. Hinc etenim Ioannes dicit: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit

Petrus primus Ecclesiæ pastor vocatur.

1. Pet. 1.
2. Pet. 2.

Secundam Epistolam B. Petri agnoscit Gregorius.

2. Pet. 3.

Galat. 2.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 3.

paruit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Qui mox vnde hoc fieri valeat adiungit, dicens: Quoniam videbimus eum sicuti est. *Hom. 2. super Ezech.*

Job. 28.

Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audivimus famam eius.) Qui perditionis & mortis nomine, nisi maligni spiritus designantur? qui inventores mortis & perditionis extiterunt, sicut de ipso eorum principe sub ministri eius specie per Ioannem dicitur: Et nomen illi moïs. Cui subiecti omnes superbi spiritus de hac sapientia quæ Deus est dicunt: Auribus nostris audivimus famam eius: quia nimirum visionem illius plena beatitudine habere nequiverunt. Videre perfecte coeternam Deo sapientiam, hoc est quod habere. Vnde ad Ioannem de manere vincetis dicitur: Dabo illi calculum candidum, in calculo nomen novum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit, &c. *Lib. 18 Moral. cap. 2.*

Job. 9.

(Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.) Aliquando namque in sacro eloquio Solis nomine prædicatorum claritas designatur, sicut per Ioannem dicitur: factus est sol ut faccus cilicinus. *Lib. 9. Moral. cap. 3.*

Apoc. 6.

3. *Quanta sit sacra scriptura maiestas, auctoritas, vtilitas, iucunditas & veritas.*

Cantic. 1.

Introdixit me Rex in cellaria sua.) Quid per huius sponsi, qui rex est, cellaria intelligimus, nisi sanctæ scripturæ arcana quæ rimamur, nisi sanctæ contemplationis mysteria, quorum delicias siframur, mox conualescimus? In illa procul dubio quisquis introducit, omnia temporalia mox contemnit, quia æternis dicitur: *In 1 cap. Cantic.*

Cantic. 4

(Fons horrorem, puteus aquarum viventium, quæ fluunt

fluunt impetu de Libano.) Rectè in emissionibus Ecclesiæ, fons horrorem & puteus aquarum viventium describitur. Quid enim per fontem & puteum, nisi sancta scriptura designatur: quæ sic aquam sapientiæ generat, ut & potantes semper reficiat, & tamen manare non desistat. *In cap. 4. C. nic.*

Per doctrinam sacri eloquii, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia præbetur, luxuriosus per castitatis studium ab immunditia tergitur, avarus per continentiam ab ambitionis æstu temperatur, remissus zeli rectitudine erigitur, iracundus à præcipitationis suæ excitatione refrenatur, uniuersa Deus aquis irrigat: quia vim sui sermonis in singulis iuxta morum diuersitatem forinat, ut hoc in eius eloquio quisque inueniat, per quod virtutis necessaria germen ferat. *Lib. 6. Moral. cap. 7.*

Quid est volumen volans, nisi scriptura sacra, quæ dum de cælestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ leuar intentionem; quia dum illam super nos esse aspiciamus, ima attendere, id est concupiscere deuitamus. *Lib. 15. Moral. cap. 6.*

Ecce autem scriptura sacra terrore quodam torpentia corda transfigit: ne in his inhæreant quæ exterius defluunt, sed quæ interius eterna perdiderunt. Indicat quid sententia occulta decernitur, ne immoderate à nobis hæc publica cogitentur. Dicit quid super nos agatur de nobis, ut ab hoc publico temporalitatis, colligamus oculum cordis ad secretum internæ dispositionis. *Lib. 25. Moral. cap. 8.*

Quamuis omnem scientiam atque doctrinam scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat, ut taceam quòd vera prædicat, quòd ad cælestem patriam vocat: quòd à terrenis desiderijs ad superna amplectenda cor legentis immutat: quòd dictis obcurioribus exercet fortes: & paruulis humiliter sermone blanditur: quòd nec sic clausa est ut pauesci debeat,

Sacra scriptura omnibus vitiorum moribus medetur.

Scriptura sacra, volumē volans appellatur, quia mentem ad superna eleuat.

Scriptura sacra obcurioribus exercet fortes: & paruulis humiliter sermone blanditur.

nec sic patet, vt vilescat: quòd vsu fastidium tollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quòd legentis animum humilibus verbis adiuvat, sublimibus sensibus leuat: quòd aliquo modo cum legentibus crescit: quòd à rudibus lectoribus quasi recognoscitur, & tamen doctis noua semper reperitur: vt ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendit: quia vno eodemque sermone dum narrat textum, prodit mysterium, & sic scit præterita dicere, vt eo ipso nouerit futura prædicare, & non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus nouit & antea facta describere, & agenda nunciare. *Lib. 20. Moral. cap. 1. in princ.*

Diuiinarum
litterarum
utilitas.

1. Ioan. 3.

2. Pet. 1.

Sancti viri dum ad ducatum scripturarum gressus operum dirigunt, quasi ex lumine lumen accipiunt spiritualis eruditionis. Hoc quippe lumen de lumine Ioannes exprimens, ait: omnis qui natus est ex Deo, non peccat: quia generatio cælestis seruat eum. Quid est nasci de Deo, nisi cognitam in sanctis sententiarum eius voluntatem diligere? Et quid est non peccare, nisi in luce iustitiæ semper consistere? Quasi enim de luce nos lucem facere volebat Beatus Petrus Apostolus, cum dicebat: Habetis Propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec aspirer dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Meritò igitur Abner pater meus lucerna dicitur: ipse quoque pater eius lucerna nominatur: quia illi in sancta Ecclesia lucere per exempla alijs possunt, qui eruditione scripturarum & claritatem acceperunt luminis, & oleum perfectæ charitatis. *In cap.*

14. lib. 1. Reg. ferè circa
finem.

4. Scri

4. *Scripturas sacras obscuras esse, & ideo non cuius esse eas interpretari.*

Quàm mira est profunditas eloquiorum Dei; liber huic intendere, liber eius intima gratia duce penetrare. Hanc quoties intelligendo discutimus, quid aliud quàm sylvarum opacitatem ingredimur, vt in eius refrigerio ab huius sæculi aestibus abscondamur? Ibi viridissimas sententiarum herbas legendo carpimus, tractando ruminamus. *Homil. 5. super Ezech. in princ.*

[Et vidi: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris.] Sicut per Prophetam Prædicatorum ordo: sic per librum quem Ezechiel accepit, scripturæ sacræ paginæ designantur. Liber autem inuolutus, est scripturæ sacræ eloquium obscurum: quod profunditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensu omnium penetretur. Sed coram Propheta liber expanditur: quia coram prædicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. *Hò 9. super Ezech.*

Scriptura quidem tota propter nos scripta est, sed non tota intelligitur à nobis. Multa quippe in illa ita aperta sunt, vt pascant paruulos, quædam verò obscurioribus sententijs vt exerceant fortes: quatenus cum labore intellecta plus grata sint. Nonnulla autem ita in ea clausa sunt, vt dum ea non intelligimus, agnoscetes infirma nostræ cæcitatatis, ad humilitatē magis quàm ad intelligentiam proficiamus. *Hò 16. super Ezech.*

[Et aspectus rotarū, & opus earum quasi visio maris.] Rectè sacra eloquia visio maris similia narrantur: quia in eis magna sunt volumina sententiarum, cum illi sensuum. Nec immeritò mari similis scriptura sacra dicitur: quia firmantur in ea sententiæ locutionis sacramento baptismatis. *Hom. 6. super Ezech.*

Diuinus sermo sicut mysterijs prudētes exercet: sic plerumque superficie simplices refouet. Habet in pu-

Diuinitati
eloquiorū
magna est
profunditas

Ezech. 2.

Per librum
inuolutū,
quem Eze-
chiel acce-
pit, scriptu-
ræ sacræ ob-
scritas in-
telligitur.

Scriptura, et
si tota prop-
ter nos scri-
pta est, non
tamen tota
intelligitur
à nobis.

Mari com-
paratur scri-
ptura sacra.

Item summi
ni plano &
alro.

blico vnde paruulos nutriat: seruat in secreto vnde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluuius (vt ita dixerim) planus & altus: in quo & agnus ambulat, & elephas nater. *B. pist. ad Leand. cap. 4. super Moral.*

Magnæ utilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, vt fatigatione dilatetur, & exercitatus capiat, quod capere non potest otiosus. Habet quoque adhuc maius aliud, quia si Scripturæ sacræ intelligentia in cunctis esset aperta, vilesceret, quæ in quibusdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine inuenta reficit, quanto maiori labore fatigat animum quæsitâ &c. *Hom. 6. super Ezech.*

5. *Scripturarum interpretationem, non esse à Iudæis vel hæreticis petendam.*

Ecce in sanctis prædicatoribus, & non ex Iudæis progenitis, per cunctam Ecclesiam in toto orbem diffusam, fluenta cælestium mandatorum vberitatem manant ore gentilium. Quia enim in petris riuos aperuit, ex duris quoque cordibus fluuius sanctæ prædicationis emanauit. *Lib. 18 Moral. cap. 2.*

[Et conterentur in porta, & non erit qui eripiat.] Quis alius portæ nomine, nisi mediator Dei & hominum debet intelligi, qui ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: Filij igitur huius stulti extra portam proficiunt, & in porta conteruntur: quia prauæ Iudæorum soboles ante mediatoris aduentum in legis obseruatione floruerunt: sed in ipsa redemptoris nostri præsentia, à diuinitatis obsequio, perfidiæ suæ meritis repulsi ceciderunt quos nimirum non est qui eripiat: quia scilicet dum ipsum redemptorem extinguere persequendo conati sunt, oblata sibi remedium ereptionis absiderunt, de quo bene subditur: Cuius messem famelicus comedit, & ipsum rapiet armatus. Quædam namque spicarum gran,

Tob. 5.

Ioan. 10.

Iudæi literam occidētem habēt, non spiritū viuificantē.

grana, sunt verba Prophetarum, quæ stultus habuit, sed non comedit: quia Iudaicus populus legem quidem verborenis tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab eius intellectu icinauit. Huius ergo stulti messem famelicus comedit, quia nimirum gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quæ plebs Iudaica sine intellectu laborauit. *Lib. 6. Moral. cap. 2.*

[Sanctificamini & venite.] Iudæi ideirco nobiscum ad fidei sacrificium venire nequeunt, quia Dominum Iesum ex scripturis iudicare nolunt, sed solo odio audire eius prædicationem refugiunt. Vnde per semetipsum Dominus queritur, dicens: si opera non fecissem eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent, quia viderunt & oderunt me, & Patrem meum. *In cap. 16. Ioan. 15. lib. 1. Reg. 1.*

Doctores sanctæ Ecclesiæ scripturæ sanctæ veritatem nobis ostendunt: dum enim ea quæ de sacro colloquio scire volumus, nobis dicunt: per viam qua ad collem Domini pergitur, exeuntibus occurrunt. Ibi ergo per occursum Prophetarum securi sumus, vbi Philisthæi sunt: quia per autoritatem sanctorum prædicatorum scripturæ intellectum agnoscimus, in qua Iudæi & hæretici errorum suorum gladio à demonibus perimuntur, &c. *In cap. 10. lib. 1. Reg.*

Vnusquisque prædicator erroris, dum plebem extra vnitatem Ecclesiæ positam docet, profecto sterilem & eam quæ parere non valet pascit, quia & ei vsum sui laboris impendit, quæ spirituales fructus nequaquam reddit. Bene autem viduæ non facit, quia videlicet sanctæ vniuersali Ecclesiæ cuius vir aduersa mortis pertulit, viuere ac deseruire contemnit. *Li. 17. Moral. cap. 2.*

A sanctis Patribus genuinum sacræ scripturæ intellectum petendum esse, non autem à Iudæis & hæreticis. Hæretici extra Ecclesiam constituti, veram scripturæ explanationem populon non tradunt.

6. *Ex peruersa Scripturarum intelligentia hæreses nasci.*

Hypocrita & hæretici scripturas non ad aedificationem, sed ad iactantiam & ostentationem addiunt.

Vel certe quia panis, Scripturæ sacræ intelligentia non inconuenienter accipitur, quæ mentem reficit, eique boni operis vires præbet, & plerumque hypocrita etiam sacri eloquii erudiri mysterijs studet: non tamen vt ex eisdem viuatur, sed vt ceteris hominibus quàm sit doctus appareat, panis eius in vtero illius in fel aspidum intrinsecus vertetur: quia dum de sacræ legis scientia gloriatur, vitæ potum conuertit sibi in veneni poculum, & inde reprobis moritur, vnde ad vitam erudiri videbatur. Neque hoc autem inconuenienter accipitur, quod non nunquam hypocrita dum doctrinæ verbo ad ostensionem studet, diuino iudicio cæcatus, hoc ipsum verbum prauè intelligit, quod malè quærit. Cum in errorem hæreseos labitur contingit ei, vt sicut de felle aspidum, sic infelix de pane moriatur, & in doctrina sua mortem inuenit: quia in verbis vitæ, vitam minimè quæsiuit. *Lib. 15. Moral. cap. 6.*

1. Reg. 2. Scripturam sacram non simpliciter secundum litteram intelligendâ.

(Omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.) Cum mulieribus quippe Iudæis dormire, est varijs hæresibus pollui. Bene autem ipsæ mulieres ad ostium tabernaculi obseruare referuntur: quid enim est ostiū tabernaculi, nisi littera legis spiritalis? Iudæi autem dum sacram scripturam iuxta litteram solam intelligunt, ibi hæreses statuerunt, vnde ad secretum veræ fidei intrare potuere. Nam sicut per ostium ad interiora tabernaculi, ita per litteram sacræ scripturæ ad spiritalem intratur cognitionem redemptoris.

In cap. 2. lib. 1. Reg.

7. *Varios*

7. *Varios esse posse sacræ scripturæ sensus.*

Qui erat scriptus intus & foris.) Liber enim sacri eloquii intus scriptus est per allegoriam: foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum: foris autem per sensum literæ simplicem, adhuc infirmantibus congruentem. Intus, quia inuisibilia promittit: foris, quia visibilia preceptorum suorum rectitudine disponit. Intus, quia cælestia pollicetur: foris autem, quia terrena contemptibilia qualiter sint vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugienda, præcepit. *Hom. 9. in Ezech. serm. circa finem.*

Quia si cæco, si longè à Deoposito cordi sermo diuinus voce propria ac voce diuina loqueretur non caperet: per quædam ænigmata misericorditer monet & reuocat, & per res notas latenter ei amorem rerum non notarum insinuat. Per hoc enim quod non horret cognitum, intelligit quiddam incognitum. Rebus notis allegoriæ conficiuntur, & in sententias diuinas vertuntur: vt dum recognoscimus sensu exteriora, intellectu perueniamus ad interiora. *Prologo in Cantic. in princ.*

Sciendum verò est quod quædam historica expositione transcurramus: & per allegoriam quædam typica inuestigatione perscrutamur: quædam per sola allegoriæ moralitatis instrumenta discutimus: nonnulla autem per cuncta simul sollicitius exquiscentes tripliciter indagamus. Nam primum quidem fundamenta historiæ ponimus: deinde per significationem typicam, in arcem fidei fabricam mentis ædificamus: ad extremum quoque per moralitatis gratiam quasi superducto ædificium colore vestimus. &c. *Epist. ad Leand. super Iob.*

cap. 3.

Ezech. 20.

Gregorius, in Moralibus triplicem scripturam sensum profertur: Historicum, nimirum, Allegoricum & Moralē.

CAPVT OCTAVVM,
De sacris Traditionibus.

1. Gregorium prater verbum Dei scriptum, etiam Apostolorum ac maiorum Traditiones agnoscere, ijsque nullum deferre.

25 q. 2. ca. Si ea.
Sanctorum Patrum statuta diligenter obseruanda.
Luc. 11.

SI ea destruerem quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iuste comprobaret, testante veritatis voce, quæ ait: Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia & lex aduersus se diuisa destruetur. Ideoque necesse est vt omnes concorditer statuta sanctorum Patrum nostrorum teneamus, nihil videlicet per contentionem agentes, sed ad omne studium bonæ deuotionis vnanimis diuinis & Apostolicis constitutionibus auxiliante Domino pareamus. *Libr. 12. Epistol. cap. 31.*

Consuetudines quæ Ecclesijs grauamen noscuntur inducere, nostra nos decet consideratione remittere: ne illuc aliqua cogantur inferre, vnde sibi inferenda debeant potius expectare. Clericorum quidem aliorum consuetudinem te oportet illibatam seruare, eisque annis singulis quæ sunt consueta transmittere. *Lib 1 Epist. cap. 64.*

Petistis per Hilarium chartularium nostrum, à beatæ memoriæ prædecessore nostro, vt omnes vobis reuo temporum cõsuetudines seruarentur, quas à beati Petri Apostolorum principis, ordinationum initijs hæctenus vetustas longa seruauit. Et nos quidem iuxta seriem relationis nostræ, consuetudinem quæ tamen contra fidem Catholicam nihil vsurpare dinoscitur, inuiolatam permanere concedimus, siue de primatibus constituendis, cæterisque capitulis,

Clericorū consuetudines à maioribus constitutas, illibatas esse seruandas.
Parte 1. dist. 12. Nos. Consuetudines quæ contra Catholicam fidem non faciunt, reuocandæ sunt.

lis, exceptis his qui ex Donatistis ad Episcopatum perueniunt, quos prouehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. *Lib. 1. Epist. cap 75.*

Quod verò dicitis nostris temporibus debere seruari quæ à meis quoque prædecessoribus tradita atque custodita sunt: absit hoc à me, vt statuta maiorum confacerdoribus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbabo. *Lib 2. Epist. cap. 37.*

Quorundam de Laudensium venientium partibus ad nos relatione peruenit, religiosos locorum ipsorum ita ab Ecclesiasticæ disciplinæ tramite deuialisse, vt nullatenus in suis moribus actionibusque canonicæ dispositionis statuta respiciant: quæ quia erant & examinanda subtilius, & seuerius vlciscenda: præsentium latorem Venantium fratrem & Coepiscopum nostrum vt instanter emendarentur, admonui. *Lib. 3 Epist. cap 22.*

Orationem autem Dominicam idcirco mox post præcæm dicimus: quia mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodo orationem, oblationis hostiam consecrarent. &c. *Lib 7 Epist. cap. 67.*

Et nos præcedentes Patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, vsque ad quartum altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore, ita & in crimine. *Li 7 Epist. cap 53.*

Ab antiqua Patrum institutione didicimus, vt qui libet qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vnctione christi smatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ reuocentur. *Lib 9. Epist. cap. 61.*

Alij terminos transfulerunt, diripuerunt greges,

Gregorius studiosus obseruatos. fuit traditionum.

Incepit eos qui maiorum statuta ac Canonicas dispositiones male obseruat.

Præcedentium Patrum vestigijs sedulo insistendum. Nota ab antiqua Patrum traditione, quoriturum hi qui ab hæreticis in nomine Trinitatis baptizati sunt ad Ecclesiam gregem iu sine reuocand.

Iob. 24. & pauerunt eos.) Quos aliorum nomine, nisi hæreticos designat, qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt: quia Constitutiones Patrum præuaricando transgrediuntur. De quibus nimirum Constitutionibus scriptum est. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.

De Dedicacionum verò Ecclesiarum dubitatione, super qua inter cætera nos consuluistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod nos ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est, vt quotiens tam de baptismo aliquorum vel confirmatione, quàm de Ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis nec testibus ratio certa habetur vtrum baptizati vel confirmati, siue Ecclesiæ consecrata: sunt, vt baptizentur tales ac confirmentur, atque Ecclesiæ canonicæ dedicentur: ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indicijs ostenditur ritè peractum. Hæc nos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus, vobisque, vt postulatis, tenere & docere mandamus, vt ea quæ à sanctis Patribus ante nos sunt statuta, non proteruè irumpere, sed fideliter seruare

optemus. *Lib. 12. Epistol.*

cap. 31.

CAPVT

CAPVT NONVM, DE
Petro Apostolo, Romano Pontifice, & Apostolica Sede
& fide.

1. Petrum primum fuisse & caput Apostolorum.

CVnctis Euangeliū scientibus liquet quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum Petro principi Apostolo totius Ecclesiæ cura commissā est. Ipsi quippe dicitur: Petre amas me? Pisce oues meas. Ipsi dicitur: Ecce Sathanas expetiuit cribare vos sicut triticum, & ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. &c. *Lib. 4. Epist. cap. 76.*

Per vos venite, & B. Petri Apostolorum principis liminibus vosmet præsentate, & cuncta quæ scripsi, nisi exlectione monstrauero, cum qua vultis disputatione recedite. Hortor tamen vt dum vitæ spatium superest, ab eiusdem B. Petri Ecclesia, cui claus celestis regni commissæ sunt, & ligandi ac soluendi potestas attributa, vestra anima non inueniatur diuisa, nisi hic beneficium eius despicitur, illic vitæ aditum claudat. *Lib. 3. Epist. cap. 41.*

Præterea indico suggestionem meam apud piissimos dominos summis precibus plenam fecisse, vt virū beatissimum Dominum Anastasium Patriarcham concessio vsu pallij ad B. Petri Apostolorum principis limina mecum celebraturum solennia missarum transmittere debuisset, quatenus si ei ad sedem suam minimè reuerti liceret, saltem mecum in honore suo viueret. *Lib. 1. Epist. cap. 27.*

Ipse primas Apostolorum ait: Habemus firmiorē Petrus præprophic.

Petrus vertex fuit Apostolorum. *IOAN. 21. LUC. 22.*

Hortatur quædam, vt in fide B. Petri, hoc est in Ecclesia Catholica permaneat.

mas Aposto-
lorum voca-
tur.

2. Pet. 1.

2. Pet. 3.

Petrus, et si
primas Apo-
stolorum esset,
benigne rati-
onem tulit,
se à Paulo
reprehendi,
idq; ob sin-
gularē hu-
militatem.
Nora praeo-
gatiuas Pe-
tri: quas Bel-
larm. in. li. 1.
de Pont. ca.
17. & sequen-
tibus, viginti
otto ex ordi-
ne enume-
rat.

Astor 10.

Astor 5.

propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes tanquam lucernae ardentis in caliginoso loco. *In cap. 5. Cantic.*

Petrus Apostolorum primus cum multa discipulos admoneret, atq; à quibusdam detrahi Pauli scriptis agnosceret, dicit: Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis, loquens in eis de his, in quibus sunt quaedam deficiencia intellectuque indocti & instabiles deprauant, sicut ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. *Et paulo post.* Pensate ergo fratres charissimi, in quo mentis vertice stetit qui illas epistolas laudauit, in quibus scriptum se vituperabilem inuenit. Quae illa mansuetudo tanta esse potuit, quae quies animi, quae soliditas atque imperturbatio cogitationis: Ecce à minore suo reprehenditur; & reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat, quod primus in Apostolatum vocatus est, non quod clauis regni caelestis, non quod peccata quaecumque in terra soluerit, essent soluta & in caelo, non quod in mare pedibus ambulauit, non quod paralyticos in Iesu nomine iubedo crexerat, non quod aegros corporis sui umbra sanauerat, non quod mentientes verbo occiderat, non quod mortuos oratione suscitabat. *&c. Hom. 18. in Ezech.*

Petrus auctore Deo, Ecclesiae principatum tenens: à bene agente Cornelio, & sese ei humiliter prosterrente, immoderatus venerari recusauit, dicens: Surge ne feceris, & ego ipse homo sum. Sed cum Ananiam & Saphiram culpam reperit, mox quanta super ceteros potentia excreuisset, ostendit. Verbo enim eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata resoluuit, quod honor se sibi vehementer impensum, coram bene agentibus fratribus non agnouit. *Lib. 28. Moral. cap. 22.*

2. Pe-

2. Petrum esse fundamentum Ecclesiae.

Cum sanctis Euangelium scientibus liquet quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro, totius Ecclesiae cura commissa est. *Et infra:* Ecce, clauis regni caelestis accepit, potestas ei ligandi atque soluendi tribuitur, cura ei totius Ecclesiae & principatus tribuitur. *Lib. 4. Epist. cap. 76.*

Quis nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, quia firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus à petra vocaretur: &c. *Lib. 6. Epist. cap. 201.*

Certe Petrus Apostolus primum membrum sanctae & vniuersalis Ecclesiae est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularium sunt plebium capita: Et tamen sub vno capite omnes membra sunt Ecclesiae. *Lib. 4. Epist. cap. 82.*

Cum integritatem nostram ex aperta mea traditione seu professione cognoscitis, dignum est ut de Ecclesia Beati Petri Apostolorum principis nullum vltterius scrupulum dubietatis habeatis: sed in vera fide persistite, & vitam vestram in petra Ecclesiae, hoc est in confessione Beati Petri Apostolorum principis soliditate: ne tot vestrae lachrymae, tantaque bona opera pereant, si à fide vera inueniantur aliena. *Lib. 3. Epist. cap. 33.*

Pensemus quale Ecclesiae ostium exiit Petrus: qui inuestigantem fidem Cornelium recepit: precio quaerentem miracula Simonem repulit, illi dicens: in veritate comperi quoniam non est personarum acceptor Deus: secreta regni benigne aperuit, huic inquires: Pecunia tua tecum sit in perditionem: per districtam damnationis sententiam caelestis aulae aditum clausit. *Lib. 28. Moral. cap. 16.*

Ascendit Iesus in nauiculam Petri, & rogauit ut à terra reduceret pusillum, & ita sedens praedicabat turbis.

Petro Apo-
stolorum prin-
cipi totius
Ecclesiae cu-
ra comissa.

Ecclesia in
Petro tanq-
Apostolorum
principis fun-
data.

Petri fidem
veram esse,
de qua dubi-
tare omni-
no non lice-
ret.

Astor 10.

Luc. 5.

turbis. Per nauem Petri, quid aliud quam commissa Petro Ecclesia designatur? *Lib. 17. Moral. cap. 12.*

3. *Petrum Romæ occisum, ibiq; humatum.*

Petrus sublimauit Sedem, in qua etiam quiescere, & presentem vitam finire dignatus est. Ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum (*Marcum scilicet*) misit. Ipse firmauit sedem, in qua, septem annis, quamuis discessurus, sedit. *Lib. 6. Epist. cap. 200.*

Christus Petro ait: Venio Romam iterum crucifigi: qui enim in seipso iam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat. *In 5. Psalm. p. 47.*

Certe iste Pastor Ecclesie Petrus, ad cuius sacrosanctum corpus sedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante aduentum Spiritus fuerit, ancillæ ostiaria requisita dicat. *Hem. 30. in Euang.*

Si gladios Italiæ & bella formidatis, sollicitè debetis aspiciere, quanta B. Petri Apostolorum Principis in hac vrbe protectio est: in qua sine magnitudine populi, & sine adiutorijs militum, tot annos inter gladios illæsi Deo auctore seruamur. *Lib. 7. Epist. cap. 23.*

Eo tempore quo passi sunt (*Petrum & Paulus*) ex Oriente venerunt qui eorum corpora sicut ciuium suorum repererunt, quæ elucta vtique ad secundum Vrbis miliarium in loco qui dicitur ad Catatubas, collocata sunt: sed dum ea inde leuata omnis multitudo eorum conueniens niteretur, ita eos vis tonitruu atque fulguris nimio metu terruit atque dispersit, vt talia denudò nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex pietatè Domini meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc sunt condita, posuerunt. *Lib. 3. Epist. cap. 30.*

4. *Penes*

4. *Penes Romanam sedem esse primum, summam auctoritatem, & vniuersalem curam totius Ecclesie.*

Quanto Apostolica Sedes Deo auctore cunctis prælata constat Ecclesijs, tanto inter multiplices curas, & illa nos valdè sollicitat, vbi ad consecrandum Antifistum, n. ostrum expectatur responsum, &c. *Lib. 2. Epist. cap. 69.*

Gloriosæ memoriæ Childebertus Francorū Rex Catholicæ religionis amore succensus, intra muros Arelatensis ciuitatis, monasterium virorum, vt scripo reperimus, pro sua mercede constituens, quædam ibidem pro habitantium sustentatione concessit. Cuius ne voluntas vnquam duceretur in irritum, & ea quæ pro quiete Monachorum disposita fuerant, turbarentur, quæq; conluli in iure monasterij, Epistolis suis Apostolica petijt auctoritate firmari. Hoc quoque suæ petitioni subiungens, vt eidem monasterio tam in dispositione rerum quàm in ordinatione Abbatis, quædam pariter priuilegia largirètur. Sciens quippe eam Apostolicæ Sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius fuissent decreto disposita, nullius deinceps illicitæ vsurpationis molestia quaterentur, &c. *Lib. 7. Epist. cap. 115.*

Vt hæc Sedes Romana speculationem suam toto Orbi indicit, & nouas consuetudines omnibus mittit, & omnium personarum seruitio caret, ita præfatus locus (monasterium S. Medardi) remota omni consuetudine, antifistum, iudicium, exemplū diuinæ religionis & honestatis cæteris exhibeat monasterijs, & super ea plena gaudeat libertate. Cuius rectores & filij præsentis & successuri tantum sub Regum custodia positi admonitionem Sancti Petri & successorum suorum huius sanctæ Romane Sedis

Romana Ecclesia à Deo cunctis alijs est prælata. Childebertus Francorum Rex suis sumptibus monasterium prope Arelatū edificans, illud à Romano Pontifici confirmari, & priuilegijs quibusdam condonari humiliter petijt.

Quæ Apostolica auctoritate confirmantur, irritari non possunt.

Romana Sedes toti Orbis curam gerit, omnibusq; nouas leges indicit.

Petrus Antiochia & Romæ Sedem habuit
Petrus vrbis Romæ egrediens, à Christo reuocatur ad Martyrium.
Petrus Romæ mortuus & sepultus, de quo pulchre Bellarmin. tom. 1. lib. 2. de Summo Pontif. qu. 2. 3. & 4. Gregor. horatur Rusticianam Patriciam vt Romæ properet, propterea quod eam B. Petrus Apostolus sui corporis presentiam tutam conferret. Orientales Christiani furripere beatorū Petri & Pauli corpora conantur, atq; in Orientem, vnde originem traherent, ex Vrbe asportare, sed miraculosè reprimuntur.

Pontificum autoritate proclament. *Lib. 12. Epist. cap. vltimo.*

Gregorius exercuisse Primatum in Episcopos & Ecclesias Italiae, constat ex lib. 1. Indict. 9. Epist. 10. vbi iubet Episcopum Aquileiensem cum suis sequacibus ad B. Petri Apostoli limina venire, vt in Synodo quod iustum est, iudicetur. Epistola autem 19. eiusdem libri, Episcopus Cumanus, ait, solenniter electus, ad nos iacrandus occurrit. Epistola quoque 22. Ioannem Episcopum Rauennatem monet, vt grauiora quaeque ad Sedem Apostolicam referat. Epist. 31. Vnit Cumanam atque Mustitanam Ecclesiam ex sua autoritate. Epist. 15. lib. 2. Indict. 11. horrat Neapolitanos, vt eligant Episcopum qui Romae ordinetur.

Quod verò idem Gregorius in Episcopos & Ecclesias Siciliae Primatum habuerit, patet ex lib. 1. Epist. vbi ait. Petro Subdiacono Sedis nostrae intra Prouinciam Siciliae vices nostras Deo auxiliante commissimus, sicut praedecessorum nostrorum fuit iudicium, vni personae omnia committere.

Lib. 2. Indict. 10. Epist. 4. Maximianum Episcopum Syracusanum super cunctas Siciliae Ecclesias, vices Sedis Apostolicae ministrare decernimus, vt non sit necesse pro paruulis causis Romam ire.

Lib. 11. Epist. 42. ad Ioann. Episc. op. Panormitan. Illud admonemus vt Apostolicae Sedis reuerentia nullius praesumptione turbetur. Tunc enim status mentorum integre manet, si caput fidei (Romanam scilicet Ecclesiam) nulla pulset iniuria. *Vide hac de re copiosius Nicolaum Sanderum lib. 7. de visibili Monarchia Ecclesiae, vbi ex ordine recenset, quo pacto Gregorius Primus in Ecclesiae exercuerit, in Episcopos Corsicae, Sardiniae, Africae, Hispaniae, Hiberniae, Angliae, Galliae, Dalmatiae, Graeciae, Corcyrae, ac reliquarum totius Orbis. Ecclesiarum. Quod autem Caluinus obijcit, Gregorium titulum vniuersalem*

Romana Ecclesia vocatur. Caput fidei,

salem recessisse: propterea quod hoc prophanum esset nomen. *Li. 4. Tristit. quia videlicet si vnus Patriarcha vniuersalis diceretur, Pa- cap 7. § 4. triarchatum nomen per hoc ceteris derogatum iri, vti habetur lib. 6. Epist. cap. 194. & nonnullis alijs in locis, id inquam ob declinandam ambiguitatem vocabuli inuidiam Gregorium fecisse manifestum est. Nam nomen vniuersalis Episcopi duobus intelligi modis potest Vno modo, vt ille qui dicitur vniuersalis, intelligatur esse solus Episcopus omnium vrbium Christianarum: ita vt ceteri non sint Episcopi, sed Vicarij tantum illius, qui dicitur Episcopus vniuersalis: hoc modo nomen istud est verè prophanum, sacrilegum, & Antichristi praenuntium. Et de hac significatione loquitur Vnde apud Gregorium, vt patet ex ratione quam reddit. Sic namque ait Sander. li. 7. lib. 34. Epist. 4. ad Constantium. Triste valde est vt patienter feratur, quatenus despectus omnibus, praedictus frater & Coepiscopus meus solus conetur appellari Episcopus. Et lib. 4. Epist. 36. ad Eulogium: Si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen ceteris derogatur. Et lib. 7. Epist. 69. ad Euseb. Si vnus vniuersalis est, restat vt vos Episcopi non sitis aliter modo dici potest Episcopus vniuersalis, qui habet curam totius Ecclesiae, sed generalem: ita vt non excludat particulares Episcopos. Et hoc modo, nomen hoc tribui posse Romano Pontifici, ex mente Gregorij probatur. Primò, quia fatetur Gregor. lib. 4. Epist. 22. & alijs sequentibus, vrbatum nomen vniuersalis Episcopi Romano Pontifici à Concilio Chalcedonensi, quod sanctum & Catholicum fuisse idem passim docet. Secundò, quia lib. 4. Epist. 32. asserit Petro totius Ecclesiae curam à Domino esse mandatum, quod idem est, ac si diceret; Petrum Episcopum vniuersalem esse à Christo constitutum. Tertio, quia eisi Romani Pontifices, vt Gregorius rectè dicit, non se vocauerunt vnquam vniuersales Episcopos, tamen saepe se vocauerunt Episcopos Ecclesiae vniuersalis: vt patet ex Epistola 2. Sixti 1. ex prima Victoris I. ex secunda Pontiani, ex secunda Stephani I ex 51. 62 & 65. Leonis I. Quae testimonia sine dubio Gregorius legerat: nec ignorabat idem esse quoad*

quoad sensum, Episcopum Ecclesie vniuersalis, & Episcopum vniuersalem. At qui de his satis.

J. A Romana sede de doctrina iudicium ferri, & Hæreses damnari.

Gregorius vices suas Arelatenfi Episcopo committit.

Quia vnumquodque tunc salubriter complectur officium, cum fuerit vnus ad quem possit recurri præpositus, ideo oportum esse perspeximus, in Ecclesijs quæ sub regno Childeberti Regis sunt, secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Virgilio Arelatenfis ciuitatis Episcopo vices nostras tribuere: quatenus & Catholicæ fidei integritas, id est, sanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente sollicita deuotione seruetur: etsi inter fratres consacerdotesque nostros aliqua eueniret forte contentio, authoritatis suæ vigore, vicibus nãpè Sedis Apostolicæ functis, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus, vt si quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præsentia opus sit, congregatis sibi in numero competentis fratribus & Coepiscopis nostris, salubriter hoc seruata æquitate discutiat, & canonica integritate definiat. Si quam verò contentionem (quod longè faciat diuina potentia) de fidei causa euenire contigerit: aut negotium emerferit, cuius vehemens fortassis sit dubietas, & pro sui magnitudine iudicio Sedis Apostolicæ indigeat, examinata diligentius veritate relatione sua ad nostram studeat perducere notionem: quatenus valeat à nobis congrua sine dubio sententia terminari. *Lib. 4. Epist. cap. 96.*

Pontificis Romani est de rebus fidei sententiam ferre.

Lib. 1. Epist. cap. 36. Gregorius præcipit Seuero Episcopo Aquileiensi vt ob fidei causam Romam veniat, dicens: iuxta Christianissimi & Serenissimi rerum domini iussionem, ad B. Petri Apostoli limina, cum tuis sequacibus venire te volumus, vt auctore Deo aggregata Synodo, de ea quæ inter vos vertitur dubietate, quod iustum fuerit, iudicetur.

bietate, quod iustum fuerit, iudicetur.

Ante hos annos octo sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagij tempore, frater & Coepiscopus noster Ioannes, in Constantinopolitana vrbē ex causa alia occasionem quærens Synodum fecit, in qua se Vniuersalem appellare conatus est. Quod mox idem decessor meus, vt agnouit, directis literis ex autoritate sancti Petri Apostoli eiusdem Synodi acta cassauit. Diaconem verò qui iuxta morem pro responsis Ecclesie faciendis pijsimorum dominorum vestigijs adhærebat, cum præfato consacerdote nostro missarum solennia celebrare prohibuit. *Li. 4. Epist. 80.*

Recolo me in gremio sacrosanctæ Ecclesie vestræ Romanæ & nutritum & Deo auxiliante prouectum, & quibus ausibus ego sanctissimæ illi Sedi quæ vniuersali Ecclesie sua iura transmittit, præsumperim obuiare, propter cuius conseruandam autoritatem, sicut Deo manifestum est, multorum contra me inimicorum inuidiam grauius excitauit. *Li. 10. Epist. 56.*

Lib. 7. Epist. 62. Lucillum de Episcopatus ordine deponendum Gregorius pronunciat.

Lib. 1. Epist. 19. Monet Salotantum Episcopum vt Honoratum Archidiaconum suo gradu restituat: alioqui se, quod iustum est decreturum.

Lib. 5. Epist. 48. Quos Apostolica Sedes, inquit, in communionis suæ consortium non recipit, charitas vestra omnino refugiat.

Lib. 7. Epistol. 53. Perueni homines subesse Sedis Apostolicæ præceptis nolunt.

Lib. 2. Epist. 37. ad Nat. Postquam, inquit, ad beatitudinē vestram, & decessoris mei, & mea in causa Honorati, Archidiaconi scripta directa sunt, tunc contenta vtriusque sententia præfatus Honoratus proprio gradu priuatus est. Quod si quilibet ex quatuor Patriarchis fecisset, sine grauisimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset.

Pelagij Pontifex pleuodofynodum damnans Constantinopolitanū Episcopum, à missarum solennijs suspendit.

Ioannes Rauenta Episcopus, Romanam Ecclesiam fatetur vniuersali Ecclesie sua iura transmittere.

Hæreticis esse propriū vt Sedi Apostolicæ obedire recusent. Gregorius omnibus Patriarchis se præpositum fuisse fatetur.

Constanti-
nopolitana
Ecclesia Ro-
manz sub-
iecta.

Lib. 7. Epist. 63. Nam de Constantinopolitana Ec-
clesia, quis eam dubitet Apostolicæ Sedi subiectam?
quod & Dominus piissimus Imperator, & frater no-
ster Eusebius eiusdem ciuitatis Episcopus assidue fa-
tetur.

Lib. 7. Epist. 64. Piissimus Imperator Primatem By-
zancenum (id est Patriarcham Constantinopolitanum)
iuxta statuta Canonica per nos voluit iudicari.

Qui hæc omnia in D. Gregorio legerit, ac plura etiam e-
ius generis, quæ in ipsius scriptis reperiuntur, animaduerti-
rit, & tamen perfricta fronte non timet ea quæ apud Grego-
rium contra nomen Vniuersalis Episcopi conscripta sunt, ita
interpretari, ac quæquam Gregorius non potuerit ferre, vt
vniuersi aliqui per nixem totius militantis Ecclesie primam
Sedem & suum regimen teneret: ut mihi videtur aut
sensum hominis exuisse, aut obfirmatam animi peruersita-

tem induisse. Quod enim dici apertius potest, quàm Sedem
Lib. 2. Epist. 20 item li. 7. Apostolicam Deo auctore cunctis prælatam Ecce-
epist. 64. & sijs: Respondet tamen Caluinus, * ac primum ait Gregorium
lib. 2. epi. 37. quidem tribuisse sibi ius corrigendi alios, non autem paruis.
* Li. 4. Inst. se ei, nisi illos qui volebant. Verùm hoc dici non potest; nam
ca. 7. §. 12. Gregorius sanctissimus & humilissimus fuit, ipso Caluino tes-
te, qui lib. 4. cap. 7. §. 22. Gregorium, vt & Bernardum, vi-
rum fuisse sanctissimum prædicat. Non autem potest cum
sanctitate conspiciere vsurpatio iuris alieni; imò per hoc, san-
ctitatis testimonio indignum se præbuisse, si omnes Episco-
pos alios sibi iniussè subijcere astentasset. Secundo respondet
Gregorium ex mandato Imperatoris iudicasse Episcopum
Constantinopolitanum, vt ex lib. 7. Epist. 64 ipsius Gregorij
cognosci potest. At verò in hac epistola Gregorius dicit, Im-
peratorem voluisse à se iudicari Patriarcham illum, quia
Canones hoc iubent, quod idem est, ac si diceret, Imperatorem
noluisse impedire, quin iuxta Canones, Episcopus licet regia-
rbus, à Gregorio puniretur. Tertio respondet Gregorium
ficti alios puniebat, ita paratum quoque fuisse ab alijs em-
dandi, quemadmodum fatetur lib. 2. Epist. 37. ad Natalem Sa-
lonita.

Tertium.

lonitanum, ac proinde non magis præfuisse quàm subiectum
fuisse. At Gregorius in illa epistola de correptione fraternam
loquitur, non de censura iudiciali. Adde quod inuoluit con-
tradictionem, eundem omnibus prælatum esse, & tamen a-
liquis subijci. Quare dicit, Gregorium, etsi Romanus Pæ-
nifex fuerit, Imperatori tamen subiectum fuisse, vixote quæ
aliquoties dominum suum nuncupat. vt i citat epist. 31. &
34. lib. 4. non intelligens id humilitatis causa Gregorium fe-
cisse: nam, vt scribit Ioannes Diaconus, omnes Sacerdotes fra-
tres, omnes Clericos filios, omnes Laicos dominos suos voca-
bat; nec tamen inde colligere licet, ab omnibus laicis Grego-
rium iudicari potuisse. Tum quoque mirandum non est quod
tam submissè cum Imperatore se gesserit, si quidem eo tem-
pore Imperator dominum temporalem in vrbe Romanam
obinebat, & Gregorius eius ope & amicitia non parum in-
digebat, vt tam ipse quàm temporalia Ecclesie bona à Lon-
gobardorum gladio ac senu tyrannide defenderentur. Vnde
in illa epist. 31. lib. 4. quam Caluinus contra nos citat, etsi ser-
uum se Imperatoris dicat, tamen addit debere Imperatorem
Sacerdotibus reuerentiam exhibere. quod certè inferioris
est, non superioris. Cuius rei gratia, ibidem adfert Constan-
tini Magni exemplum, qui Episcopos etiam volentes & pe-
tentes iudicare, ausus tamen non est. Quod exemplum in me-
dium Gregorius non attulisset, si credidisset ab Impe-
ratore Pontificem iudicari posse: atque hæc
ad refutanda Caluin. argumenta
sufficiant.

Quartum.
Lib. 4. Insti-
cap. 11. §. 12.

Libr. 4. vitæ
Greg. cap. 38.

G 3

CAPVT

CAPVT DECIMVM, De sacris Concilijs.

1. *Auctoritatem Conciliorum Oecumenicorum non humanam, sed diuinam esse, ab eaq̄ non discedendum.*

Rom. 10.
Cōcilia qua
tuor genera
lia vt qua-
tuor Euan-
gelia Gre-
gorius vene-
ratur.

Quintum
quoq; Con-
cilium reci-
pit, idq; vlti-
mum ante
sua tempo-
ra celebratū
Anno 553. de
quo Nicep.
li. 17. ca. 27.
De epist. Ibe-
vide eundē
Gregorium
I 7. ep. c. 51.
Genealiū
Conciliōrū
decreti sac-
quiescendū
esse.

Quia corde creditur ad iustitiam, ore autē con-
fessio fit ad salutem, sicut sancti Euangelij qua-
tuor libros, sic quatuor Concilia suscipere &
venerari me fateor. Nicenum scilicet, in quo peruer-
sum Arrii dogma destruitur. Constantinopolitanū
quoque, in quo Eunomij & Macedonij error con-
uincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nesto-
rij impietas iudicatur. Chalcedonense verò, in quo
Eutychetis Dioscorique prauitas reprobatur, tota de
uotione complector, integerrima approbatione cus-
todio: quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fi-
dei structura consurgit. Et cuiuslibet vitæ atque acti-
onis existat, qui quis eorum soliditatem non tenet,
etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium
iacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror,
in quo epistola quæ Ibe dicitur, erroris plena repro-
batur: in quo Theodorus personam mediatoris Dei
& hominum in duabus substantijs separans, ad im-
pietatis perfidiam eecidisse conuincitur, & in quo
scripta quoque Theodoriti per quæ beati Cyilli fi-
des reprehenditur, ausu dementiae prolata, refutan-
tur. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia
personas respuunt, respuo: quas venerantur, ample-
ctor. Quia dum vniuersali sunt consensu constituta,
se & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere
quos religant, aut ligare quos soluunt. Quisquis er-
go aliud sapit, anathema sit. *Libr. 1. Epist. cap. 25. circa fi-
nem.*

Executes maligni homines turbauerunt animos
vestros, non intelligentes neque quæ loquuntur, ne-
que de quibus affirmant: afluentes quod aliquid de
sancta Chalcedonensi Synodo piæ memoriæ Iusti-
niani temporibus sit imminutum, quam omni fide
omni que deuotione veneramur. Et sic quatuor Sy-
nodos sanctæ vniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor li-
bros sancti Euangelij recipimus. *Et post pauca:* Ana-
thematisamus autē si quis ex definitione fidei quæ
in eadem Synodo prolata est, aliquid imminuere
præsumit: vel quasi corrigendo eius sensum mutare;
sed sicut illic prolata est, per omnia custodimus. *Li. 2.
Epist. cap. 49.*

2. *Concilia leges de fide & moribus conde-
re, si-
nemq; controuersijs imponere solere.*

VT magnum omnipotenti Domino munus Gregorius
Theodori-
co & Theo-
berto Fran-
corum Re-
gibus præci-
pit, vt Syno-
dum congre-
gent, in qua
Symoniaca
hæresis ab-
rogetur.

valentis offerre, Synodum congregari præci-
pitem: in qua sicut fratribus Coepiscopisque
nostris mandauimus, præsentem dilectissimo filio no-
stro Cyriaco Abbate, sub anathematis debeat obli-
gatione constitui, nullum pro Ecclesiastico ordine
aliquid vnquam dare, nullum accipere, nec quenquā
ex laicis ad sacerdotium repentē transire, &c. *Libr. 7.
Epist. cap. 14.*

Filij nostri ex vestra perhibere iussione sibi man-
datum, vt talis debeat à nobis in Gallijs persona trā-
smitti, quæ facta Synodo, cuncta quæ contra Cano-
nes perpetrantur, omnipotenti Deo auctore possit
corrige. *Lib. 11. Epist. cap. 8.*

Fraternitatem tuam scriptis presentibus duximus
necessariò adhortandam, vt veniente ad te Hilario
chartulario nostro, adunato vniuersali Episcoporū
Concilio, habito præ oculis terrore venturi iudicis,
causa eadem subtili ac solerti debeat indagatiōne
perquiri. *Lib. 2. Epist. cap. 33.*

§. *Definitioni legitimi concilij acquiescendum esse.*

NOs auctore veritate, teste conscientia, fate mur nos fidem sanctæ Chalcedonenſis Synodi per omnia illibatam custodire, nihil queſius definitioni addere, nihilque ſubtrahere aude re. Sed ſi quis contra eam, eiufdemque Synodi fidem ſue plus minusve ad ſapiendum appetit uſurpare, eum omni dilatione poſtpoſita, anathematizamus, atque à ſinu matris Eccleſiæ alienum eſſe decernimus. Quem igitur iſta mea confeſſio non ſonat, non iam Chalcedonenſem Synodum diligit, ſed matris Eccleſiæ ſinum odit. *Lib. 3. epiſt. cap. 3.*

Illà quæ ſanctiſſimæ quatuor Synodi ſapuerunt atque definiuerunt, ſicuti prædeceſſor noſter ſanctiſſimus Leo Papa, ita ea & nos ſapimus, ſequimur ac tenemus, nec ab earum fide aliquo modo diſſentimus. *Lib. 4. epiſt. cap. 93.*

Quicumque à peruerſo errore Neſtorij ad Eccleſiæ gremium reuertuntur, promittant ſe venerandas Synodos, quas vniuerſalis Eccleſia recipit, ſe recipere & venerari. *Lib. 9. epiſt. cap. 61.*

4. *Romanam Eccleſiam ex iudicio B. Gregorij Synodis etiam præſuiſſe, eaſque vel indicendi, vel irritas faciendi ius habuiſſe.*

BEatæ recordationis Pelagius deceſſor noſter eiufdem Synodi (*quam ſcilicet Conſtantinopolitanus Epiſcopus inſtituerat, ut ſibi Vniuerſalis titulum vendicaret*) omnia geſta, præter illa quæ illic de cauſa venerandæ memoriæ Gregorij Epiſcopi Antiocheni ſunt habita, valida omnino diſtinctione caſſauit, diſtinctiſſima illum increpatione corripſit, vt ſe à nouo & temerario ſuperſtitionis nomine cohibe-

ret:

ret: adeo vt ſuum illi Diaconem niſi tantum nephas emendaret, procedere prohiberet. *Lib. 7. Epiſt. cap. 69.*

Sine Apoſtolicæ Sedis authoritate atque conſenſu, nullas quæcunque acta (*in Synodo*) fuerint, vires habeant. (*Et poſt*): Si quis ſcripta præſentia aliqua ex parte neglexerit, à B. Petri Apoſtolorum Principis pace ſe nouerit ſegregatum. *Lib. 7. epiſt. cap. 69.*

Cuncta acta illius Synodi (*in qua Epiſcopus Conſtantinopolitanus vniuerſalem ſe vocauerat*) Sede contradicente Apoſtolica, ſoluta ſunt. *Lib. 4. epiſt. cap. 34.*

Epiſcoporum Concilia ſicut tam tuæ mos dicitur fuiſſe Prouinciæ, quàm quod ſanctorum canonum authoritate præcipitur, bis in anno celebrare te volumus, vt ſi quis inter eos à ſui forma propoſiti actionis atque morum qualitate diſcordat, ſociali poſſit fratrum increpatione redargui: & pro ſecuritate commiſſi gregis animarumque ſtatu, paterna valeat circumſpectione tractari. *Lib. 3. epiſt. cap. 9.*

Cognouimus hæreticos contra Eccleſiam Catholicam Domino eis aduerſante, colla ſubrigere, & fidem velle Chriſtiani nominis inclinare. Sed eminentia veſtra conatus eorum comprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium verò Catholicorum Epiſcoporum admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine loci, poſtpoſitis vitæ meritis faciat, quoniam apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. *Lib. 1.*

epiſt. cap. 72.

G 5

CAPVT

Concilijs ſacris non acquieſcentes, ab Eccleſiæ communitate repellendi.

Ad Eccleſiæ gremium redeuntes hæretici, admittendi vt Oecumenica Concilia ſuſcipiant.

Ab Apoſtolica Sede Concilia a probanda eſſe, vt rata ſint.

Hæretici rebelles Concilij auctoritate reprimendi ſunt.

CAPVT VNDECIMVM,
De auctoritate Patrum, Docto-
rumque Ecclesiæ.

Ab Ecclesiæ
Doctoribus
genuin' atq;
germanus
sacrarum li-
terarum in-
tellectus pe-
tendus.
Iudæi & hæ-
retici dum
sacram Scri-
pturâ malè
intelligunt,
proprio se-
nucrone in-
gulant.

Canic. 3.
Sæcî Patres
Ecclesiæ sta-
rum custo-
diunt.
Præcedenti-
um Patrum
vestigijs se-
dulo in-
stendum.

Iob 38.
Ecclesiæ Do-
ctores sunt
bases, quib'
ipsa Eccle-
sia inniti-
tur.

DOctores autem sanctæ Ecclesiæ dum occu-
tos scripturarum sensus ad communem scien-
tiam trahunt, secreta quæ nesciuntur aperiu-
& dum æterna gaudia prædicant , futura reuelant.
Dum enim ea quæ de sacro eloquio scire volumus
nobis dicunt, per viam qua ad collem Domini pergi-
tur, euntibus occurrunt. Ibi ergo per occursum Pro-
phetarum securi sumus, vbi Philistæi sunt: quia per
auctoritatem sanctorum prædicatorum scripturæ
intellectum agnoscimus, in qua Iudæi & hæretici
errorum suorum gladio à dæmonibus perimuntur.

In cap. 10. lib. 1. Reg.
Quærentes autem nos vigilēs inueniunt qui cu-
stodiunt ciuitatem, quia sancti Patres qui Ecclesiæ
statum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt,
vt suo vel verbo vel scripto nos doceant. Hom. 25. in
Euang.

Asscriptos Patres in pectore ferre, est antiquorum
vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacer-
dos irreprehensibiliter graditur, cum exempla Pa-
trum præceditium indefinenter intuetur. Cum san-
ctorum vestigia sine cessatione considerat, & cogita-
tiones illicitas deprimit, ne extra ordinis sui limi-
tem, pedem operis tendat. Lib. 1. Epist. cap. 24.

[Super quo bases illius solidatæ sunt:] Quid aliud
huius terræ bases quam sanctæ Ecclesiæ Doctores
accipimus? In basibus quippe columnæ, in colum-
nis autem totius fabricæ pondus erigitur. Non ergo
immeritò Doctores sancti basium nomine designa-
tur: quia dum recta prædicant, & prædicationi suæ
vinendò concordant, omne pondus Ecclesiæ fixa-
morum

morum suorum grauitate sustentant. Lib. 28. Moral.
cap. 9.

[Nec ambulet per viam vinearum.] Via nam-
que vinearum est reſtitudo Ecclesiarum. Quia nec
sue hæreticum, siue carnalem quempiam nihil ob-
stat intelligi: quia via vinearum, id est, reſtitudo
Ecclesiarum amittitur, dum vel fides recta, vel reſti-
tudo iustitiæ non tenetur. Ille namque per viam
vinearum ambulat, qui sanctæ vniuersalis Ecclesiæ
prædicationem pensans, neque à fidei, neque à bono
rum actuum reſtitudine declinat. In via quippe vi-
nearum ambulare, est sanctæ Ecclesiæ Patres velut
dependentes botros aspicerè, quorum verbis dum
intendit in labore itineris amore inebriatur æterni-
tatis. Lib. 16. Moral. cap. 30.

Sæpe verò hæretici eosdem nobiscum Patres quos
veneramur laudant, sed intellectu deprauato, ipsis
nos eorum laudibus impugnant. Lib. 8. Moral.
cap. 26.

(Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges,
& pauerunt eos.) Quos aliorum nomine, nisi hære-
ticos designat, qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extra-
nei existunt? Ipsi enim terminos tranſierunt: quia
constitutiones Patrum præuaricando tranſcendunt.
De quibus nimirum Constitutionibus scriptum
est: ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos posue-
runt Patres tui. Qui greges diripiunt & paſcunt:
quia imperitos quosque peruerſis ad se perſuaſioni-
bus trahunt, & doctrinis pestiferis ad interſi-
ciendum nutriunt. Lib. 16. Mo-
ral. cap. 21. in fine.

Iob. 24.

Sæcî Patres
in Ecclesiæ
Catholicæ
vineæ sunt
ſuauiſſimi
botri.

Hæretici
gloriantur
ſe aliquando
Patrum vti
ſententijs,
ſed depraua-
tè.

Iob. 24.
Hæretici Pa-
trum dog-
mata & con-
ſtitutiones
tranſgredi-
untur.

CAPVT DVODECIMVM, De Hæreticis.

1. Hæreticos esse homines fallaces & superbos.

Hæreticis propriū est bona malis permiscere, vt eo fraudulentiū decipiant. Poculū venenarū mel le circumlitum hæreticis suis exhibent.

Hæretici in primis moliter suos aggrediuntur, sed postea mordēt vt coluber.

Elegans comparatio.

Habent hoc hæretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facile sensui auditoris illudant. Si enim semper praua dicerēt, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent minimè persuaderent. Rursum, si semper recta sentirent, profectō hæretici non fuissent. Sed dum fallendi ardeat, ytraque deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala vt recipiantur abscondunt: sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit, dumque hoc quod dulce est primo attractū delibatur, etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur. Itaque hæretici permiscēt recta peruersis, vt ostendendo bona, auditores ad se trahant, & exhibendo mala, latentē eos peste corrumpant. *Lib. 4. Moral. cap. 11.*

Hoc solerter est intruendum, quod hi qui hæreticorum speciem tenent, loqui molliter inchoant, dicentes: Si ceperimus loqui tibi, forsitan molestē accipies. Exasperare quippe hæretici auditores suos in exordio locutionis metuunt, ne vigilanter audiantur, eorumque valdè tristitiam declinant, vt negligentiam capiant. Et planè semper blanda sunt quæ proponunt, sed aspera quæ proferendo subinferunt. Vnde & nunc amici Iob reuerentia mansuetæ locutionis incipiunt, sed vsque ad iacula asperitatis inuectiōnis erumpunt: quia & radices spinarum molles sunt, sed tamen ex ipsa sua mollitie proferunt vnde pungunt. *Lib. 5. Moral. ca. 12.*

Solent hæretici errorum suorum dictis, vera aliqua permiscere, & amici B. Iob quamuis in reprehensione

sione eius omninò fallantur, possunt tamen & quædam vera dicere, quæ ex illius assiduitate didicerunt: Quorum dicta si omninò refutanda essent, Eliphaz sententiam Paulus Apostolus minimè protulisset, dicens: Apprehendit sapientes in astutia eorum. Quia igitur & ea quæ recta dicunt, contra beatum Iob rectè non dicunt: nos in eorum dictis & calcemus vitium indiscretionis, & discutiamus vires rectitudinis. *Lib. 12. Moral. cap. 16.*

[Consolatores onerosi omnes vos estis.] Si uenim hæretici seu prauī quilibet, cum laborare bonos in aduersitate conspiciunt, in eo quod illos consolari appetunt, mala eis persuadere conantur. Vnde non immeritò bonorum mentibus onerosa fit eorum consolatio, quia inter verba dulcedinis virus propinare cupiunt erroris, & dum dictis lenibus dolores quasi leuigant, peccati onus imponere festinant. *Lib. 13. Moral. cap. 1.*

Quid est autem quod amici Iob confedere ei septem diebus & septem noctibus referuntur, nisi quod hæretici vel in his in quibus verum lumen intelligunt, vel in his in quibus ignorantia tenebras patiuntur, quasi infirmanti sanctæ Ecclesiæ se condescendere simulant, eique sub blandimentorum specie dolo deceptionis parant? Et quamuis vel in his quæ intelligunt, vel in his quæ intelligere non possunt, elationis typho turgidi, magnos se apud semetipsos æstimant, non nunquam tamen se Ecclesiæ sanctæ specie tenus inclinant, & dum verba molliunt, virus infundunt: In terra ergo confedere, est aliquid de imagine humilitatis ostendere, vt dum humilia exhibent, persuadeant superba quæ docent. *Lib. 5. Moral. cap. 19.*

Plerumque tales sunt aduersarij sanctæ Ecclesiæ, qui à perpetrandis malis nec timore Domini, nec hominum pudore refrenantur. Quibus bene per B.

1. Cor. 3.

Hæretici quædam recta non rectè dicunt.

Iob. 16.

Hæretici & mali homines semper decipere alios conantur, etiam tunc cum adferre consolationem conantur. Sub specie humilitatis simplicioribus imponunt.

Hæretici à perpetrandis malis nec diuino timore

Iob

more, nec humano pudore refringuntur. *Iob 19.* Hæretici sunt arrogantes.

Superbè sibi scripturam scientiam vendicant.

Iob. 24.

*Iob dicitur: Et non erubescitis opprimentes me: quia etsi prauum fuit mala voluisse, peius est malè appetita non erubescere. Sequitur: Nempe etsi ignorauim, mecum erit ignorantia mea. Habent hoc hæretici proprium, vt de inani scientiæ suæ arrogantia inflentur, & rectè credentium simplicitatem sæpè derideant, & nullius esse meriti vitam humilium ducant. *Lib. 14. Moral. cap. 13.**

Quia ergo scientia sua hæretici cor inflat, fideles autem cognitio ignorantiae suæ humiliat, dicat beatus *Iob* voce sua, dicat etiam confessione vniuersalis Ecclesiæ: nempe & si ignorauim, mecum erit ignorantia mea. Ac si apertè hæreticis dicatur: Omnis vestra scientia vobiscum non est: quia contra vos est, dum stulta elatione vos erigit. Mea verò ignorantia mecum est, quia pro me est: quoniam dum perscrutari de Deo aliquid superbè non audeo, in veritate me humiliter seruo. *Lib. 14. Moral. cap. 14.*

(Alios terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & paucerrimos eos.) Quos aliorum nomine nihil hæreticos designat, qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extranei existant? Ipsi enim terminos transferunt: quia Constitutiones Patrum prauaricando transeunt. De quibus nimirum Constitutionibus scriptum est: ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. Qui greges diripiunt & pascunt, quia imperitos quosque peruersis ad se persuasionibus trahunt, & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt. *Lib. 16. Moral. cap. 21.*

2. Hæretici latenter prædicant, rudemq; populum verborum lenocinijs & miris technis circumuentiunt.

Iob. 4.

Porro ad me dictum est verbum absconditum.) Verbum absconditum hæretici audire se simulant,

lant, vt auditorum mentibus quandam prædicationis suæ reuerentiam obducant. Vnde & latenter prædicant, quatenus eorum prædicatione tanto sancta, quanto & occulta videatur. Communem autem scientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æstimantur. Occulta vel noua semper exquirunt: quæ dum alij nesciunt, apud imperitorum mentes ipsi de scientiæ singularitate gloriantur, quam occultam, vt diximus, insinuant, quia scilicet vt admirationem ostendere valeant, hanc se latenter percepisse confirmant. Vnde apud Salomonem hæreticorum speciem mulier tenens, dicit: Aquæ furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Vnde hic quoque subditur. Et quasi furtiua suscepti auris mea venas susurrij eius. Furtiua susurrij venas percipiunt, quia socialis scientiæ gratiam deserentes ad hanc nequaquam per ostium ingrediuntur, Domino attestante, qui ait: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Venas itaque diuini susurrij furtiua suscipit, qui ad percipiendam virtutis eius notitiam deserto publicæ prædicationis ostio, prauæ intelligentiæ rimas querit. Quia fur & latro qui intrat aliunde, tenebras diligit, & claritatem luminis perhorrescit. &c. *Lib. 5. Moral. cap. 18.*

Hæretici deprædantes pupillos vim faciunt: quia contra infirmas fidelium mentes verborum & operum violentia grassantur. Vultus autem pauper est, populus indoctus, qui si veræ sapientiæ diuitias haberet, vestimentum suæ fidei nequaquam amitteret. Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam Senatores sunt viri doctiores, qui cum scientiam in corde multiplicant, veris apud se diuitijs abundant. Sed hæretici vulgum pauperem spoliant:

Hæretici clā desinas & secretas conciones habere maxime solent.

Prout 9.

Iob. 4.

Hæretici dū occultè prædicant, non intrant per rectum ostium in ouile.

Ioan. 10.

quia

quia dum doctos non prævalent, indoctos quosq; velamine fidei, prædicatione pestifera denudant. *Lib. 16. Moral. cap. 24.*

Hæretici dñi volunt sibi aliquā conciliare gratiam, in abditis docent locis.

Iob. 30.

Hæretici gaudent cū male fecerint, & exultant, quando aliquem in erroris nassam pellexerint.

Quid verò aliud cauernas terræ, quàm occultas hæreticorum prædicationes accipimus? Sic enim hæretici inter se clandestinis conuenticulis cocunt, vt errori suo reuerentiam quam ex ratione non valent, præbeant ex occultatione, & infirmis animabus prauitatis sermo tanto reuerendus appareat, quanto secretus. *Et paulo post:* In cauernis ergo hæretici habitant: quia plerumque errorem suum secretis prædicationibus occultat, vt quò se doctioribus prudentioribusque non indicant, eò ad se vehementius imperitos trahant. Vnde bene etiam subiñfertur: Vel super glaream. Glaream quippe illos minutissimas lapides dicimus, quos aqua pluuialis trahit. Doctores igitur peruersorum dogmatum, super glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quas nulla grauitatis stabilitate solidantur: quas velut de loco semper ad locum flumina eorum ducunt. *Lib. 20. Moral. cap. 11.*

Quia autem peruersæ mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debuerunt, omnes hæretici tanto se inani lætitia extollunt, quanto magis ad peiora conualescunt, atque esse sub læntibus delicias deputant; quia inde peruersam mentem ad gaudium subleuant, vnde spinas peccatorum portant. Nā si quando ad errorem suum valuerint quempiam trahere, sese per læritiam iactant, atque vnde sibi peccata quotidie etiam alios perdendo congregant, inde se esse quasi duces ad iustitiam exultant. Bene ergo dicitur, qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub læntibus delicias computabant. Trahunt enim quos valent ad perditionem suam, & se sub peccatis esse, vel culpis culpas addere non credunt, sed virtutum opulentiam cumulare. *Lib. 20. Moral. cap. 11.*

3. Hære-

5. Hæretici Catholicis insultant, linguamq; habent promptam ad conuitiandum.

HÆretici dum sanctam Ecclesiam temporali corripit animaduersione conspiciunt, auidius in iactantiam peruersæ prædicationis intumescunt, & superni examinis rectitudinem prætententes, prosperari se ex meritis asserunt, illum vero affligi dignis retributionibus attestantur, & verbis blandientibus surreptionis aditum protinus inter dolores quærunt, atque aliorum vitam exprobrantes, aliorum mortibus feriunt, ac si iam illi iustè defuncti sint, qui de Deo credere digna noluerunt, &c. *Lib. 8. Moral. cap. 15.*

Aliquando verò hæretici contra nos etiam supplicij læuiunt; aliquando nos solis verbis insequuntur, aliquando quietos laceffunt, aliquando si nos tacentes videant, quiescunt, & mutis amici sunt, loquentibus aduersantur. Vnde quia beatus Iob necdum ad illos aliquid disserens dixerat, rectè subiungitur: Et nemo loquebatur ei verbum. Tacetes enim aduersarios habemus, si veræ fidei filios prædicando generare negligimus. Si autem recta loqui incipimus, graues innox contumelias ex eorum responsione sentimus, protinus in aduersitatem profiliunt, & contra nos in vocem doloris erumpunt; quia videlicet metuunt ne corda, quæ in infimis pondus stultitiæ aggrauat, ad altum vox rectè loquentis trahat. *Lib. 3. Moral. cap. 20.*

Sæpè hæretici dum occasionem ratiocinationis accipiunt, ad iurgia contentionis effrenantur. Vnde & aptè mox subditur: Respondete quæso absque contentione. Neque enim hæretici inquisitionibus suis veritatem conantur assequi, sed victores videri. Cum que se foris ostendi sapientes appetunt, intus per stultitiam elationis suæ vinculis ligantur. Vnde fit

H

Hæretici exultant, cum videt Ecclesiam Catholicam afflictam.

Hæretici tacentibus amici sunt, loquentibus inimici.

Iob. 2:

Iob. 5.

Hæretici dñi disputant, non cupiunt veritate instrui, sed animositate sua

vt con-

perare: hinc
que sã peri-
has excitãt.

vt contentionum certamina exquirant, & de Deo,
qui pax nostra est, loqui pacificè nesciant, atque ex
paci negotiorixã inuentores fiant, quibus bene per
Paulum dicitur: Si quis autem videret esse conten-
tiosus, nos talem consuetudinem non habemus, ne-
que Ecclesia dei. *Lib. 8. Moral. cap. 2.*

4. *Hæreticorum mores pulchris aliquot simili-
tudinibus expressi.*

HAeretici permiscet recta peruersis, vt osten-
dendo bona, auditores ad se trahant, & exhi-
bendo mala, latenti eos peste corrumpant.
Aliquando tamen prædicatione sanctæ Ecclesiæ ar-
que exhortatione correcti, ab hac sensus sui diuersi-
tate saluantur. Vnde & amici Iob reconciliationis
sue sacrificium eiusdem sancti viri manibus offe-
runt, atque ad superni iudicis gratiam vel * adducti
reuocantur. Quos bene in Ecclesia illa decem le-
profõrum mundatio designat. In lepra quippe & pan-
cutis in fulgorem ducitur, & pars in colore sano re-
tinetur. Leprosi itaque hæreticos exprimunt, qui dũ
rectis praua permiscet, colorem sanum maculis as-
persunt. Vnde & bene vt saluentur, clamant: Iesu
præceptor. Quia enim in eius verbis se errasse signifi-
cant, hunc saluandi præceptorem humiliter vocant:
cumque ad cognitionem præceptoris redeunt, mox
ad formam salutis recurrunt. *Lib. 5. Moral. ca. 11. in
fine.*

Hæretici dũ
scripturas
contra nos
citãt, instar
Goliã Daui
dũ gladium
suppetant,
proprio
mucrone
confodiuntur.

Hæreticorum eloquium terræ comparatur: quia de
scriptura sacra vt aliquid sciant, ex appetitu terrenæ
laudis elaborant. Qui etiam sicut lutum præparant
vestimenta: quia fluxè & inquinabiliter ea quibus se
tueri volunt, Scripturæ sacre textunt testimonia. Præ-
parabit quidem, sed iustus vestietur illis: quia vir rectus
fide plenus quæ sanctis solet ad iustitiam deputari,
ea ipsa Scripturæ sacre quæ hæreticus adfert testi-

monia

monia colligit, & erroris eius pertinaciam inde con-
uincit. Contra nos namque dum sacre legis testimo-
nia apportant, secum nobis adferunt vnde vincantur.
Vnde & Dauid typum Domini, Goliã verò hæ-
reticorum superbiam signans, hoc rebus locuri sunt,
quod nos verbis aperimus. Goliã quippe cum gla-
dio, Dauid verò cum pera pastoralis venit ad prælium.
Sed eundem Goliã Dauid superans, suo gladio
occidit. Quod nos quoque agimus, qui promissa Da-
uid membra ex eius fieri dignatione meruimus. Nã
cum superbientes hæreticos, & sacre Scripturæ sen-
tentias deserentes eisdem verbis atque sententijs
quas profertur vincimus, quasi elatum Goliã suo
gladio detruicamus. Iustus ergo vestitur eis vesti-
mentis quæ præparat iniustus: quia vir sanctus eisdẽ
sententijs ad veritatem vtitur, quibus se peruersus
quisque doctum ostendere contra veritatem conat-
ur. *Lib. 18. Moral. cap. 8.*

[Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pul-
chritudini eius statim.] Stultus quippe ludæorum
populus extitit, quia ipsam in carne præsentiam æ-
ternæ sapientiæ spreuit. Qui quasi firma radice con-
ualuit, quia electõrum vitam temporaliter extinguen-
do superauit. Sed hunc Eliphã maledicendo despicit:
quia nimirum omnes hæretici quorum tenere
speciem amicos beati Iob diximus, cum de nomine
Christi gloriãntur, ludæorum perfidiam ex auctori-
tate repræhendunt. *Libr. 6. Moralium cap. 2. in prin-
cip.*

(Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur
vineas.) Per vulpes hæretici, per vineas singulæ Ec-
clesiæ designantur. Sed vulpes vineas demoliuntur: quia
per hæreticos Ecclesiæ à recte fidei viriditate exiccantur.
Quæ bene paruulæ dicuntur: quia quamuis con-
tra veritatem intus superbiãnt, exterius tamen in
verbis humilitatem per simulationem sectantur.

H 2

Quæ

Goliã hæ-
reticorum
superbiam
Dauid verò
typum Do-
mini signat,
cuius mem-
bra sunt Ca-
tholici.

Iob. 5.
Hæretici cũ
amicis Iob
comparan-
tur.

Cantic. 2.
Item dicitur
vulpes
Ecclesiã de-
molientes.
Hæretici ex-
terius vni-
uersam quan-
dam falsæ
humilitatis
præ se ferunt,
cũ in interi-
us superbia
tumescant.

Quæ tunc à sanctis prædicatoribus capiuntur, quando instante altercatione sententijs veritatis conuincuntur. Prædicatores quippe sancti aliquando canes per similitudinem dicuntur: quia prædicationibus assiduis quasi latratibus importunis aduersarios quosque à grege ouium arcere nituntur. Isti canes vulpes Christo capiunt, quia ducem suum dum fideliter diligunt, pro eius amore laborantes, tergiversantes hæreticos ab inuolutionibus quæstionum quasi à tenebrosis caueis ad lucem veritatis educunt. *Lib. 2. Cantic.*

Iob. 27.
Pulchrè hæretici cum tinea commarantur.

[Aedificauit sicut tinea domum suam.] Tinea sibi domum corrumpeudo ædificat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui loci suæ perfidia non nisi in mentibus quas corrumperit, facit: qui etiam sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur. Spondet quippe eis refrigerium quietis æternæ, sed verba eius soliditatem non habent, quia plenitudine veritatis carent. *Lib. 18. Moral. cap. 9.*

5. *Hæreticos scripturam sacram Patrumque testimoniam pro se citare, sed male & deprauatè.*

Impij vocantur hæretici, propterea quod Scripturam sacram deprauant, eique vim inferant.

Non absurdè impij vocantur hæretici, qui per errorè prauis dogmatis à cognitione sunt veritatis alieni, quos sequenti verbo Iob, etiã violentos appellat: quippe qui Scripturæ sacræ sententijs recta dogmata continentes, ad intellectum prauum conantur violenter inflectere. Violenti ergo sunt, et si non rebus hominum, certè sensibus præceptorum. Filij autem violentorum sunt sequaces hæreticorum, qui dum eorum errori consentiunt, quasi ex eorum prædicatione generantur. Sed multiplicati in gladio erunt, quia quamuis modò immensa multitudo in perditâ libertate succrescunt, venturi tamen iudicis sen-

sententia feriuntur. Vnde per Moysen Dominus dicit: Gladius meus manducabit carnes. *Li. 18. Moral. Deut. 32.*

cap. 7.

[Et senes antiqui sunt in nobis.] Quia omnes hæretici à sancta vniuersali Ecclesia sunt egressi, testatur Ioannes, qui ait: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Sed vt ea quæ asserunt commendare stultis mentibus hominum quasi de antiquitate possint, antiquos Patres se habere testantur, atque ipsos Doctores Ecclesiæ suæ professionis magistrōs dicunt: Cumque præsentis prædicatores despiciunt, de antiquorum Patrum magisterio falsa præsumptione gloriantur, vt ea quæ ipsi dicunt, etiam Antiquos Patres tenuisse fateantur, quatenus hoc quod rectitudinè asserere non valent, quasi ex illorum autoritate confirmant. *Lib. 12. Moral. cap. 15.*

(Ostendam tibi, & audi me: quod vidi, narrabo tibi.) Habent hoc omnes arrogantes proprium, vt cū rectum quid vel parum senserint, in vsum hoc elationis inflectant, atque vnde per intellectum sibi metipsis altiores fiant, inde per tumorem in foueam elationis cadant, sequè doctis doctiores existiment, reuerentiam sibi à melioribus exigant, & docere sanctiores quasi ex autoritate contendant. *Ei paulo post:* Quia verò nonnunquam hæretici de damnatis suis Patribus confunduntur, & tamen eorum sententias quasi cum autoritate ad medium proferunt, ex quo tum stultitia iure reprobantur, rectè ipsa hæreticorum audacia subinfertur, cum dicitur: Sapientes conitentur, & abscondunt patres suos. *Lib. 12. Moralium cap. 8.*

(Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices.) Rodi solet quod comedi non potest. Hæretici autem quia Scripturam sacram intelligere sua virtute moluntur, eam procul dubio apprehendere nequaquam

Iob. 15.

Hæretici Patres pro se citant, cum aliq̄ in ijs occurrit, quod ad prauas confimandas op̄ationes detorqueere possunt: aliq̄ quin eos conuictijs insectantur, *Iob. 15.*

Iob. 30.

Hæretici dñi Scripturam sacram sua virtute intelligere

moliuntur,
nihil omni
ne intelli-
gunt.

Matib. 24.

Magis docti
videri appe-
runt,quam
sint: non e-
nim in le-
ctiōne diui-
narum lite-
rarum Dei
aut proximi
amorem
considerare
student.

Job. 24.

Hæretici
scripturas
deprauant,
& ad suum
sensum de-
torquent.

quaquam possunt:quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adiuti hanc comedere nequeunt, quasi quibusdam illa nisibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant, cum quidem conantur, sed non ad eius interiora perueniunt. Qui quia ab vniuersalis Ecclesiæ societate dissociati sunt, non quolibet rodere, sed in solitudine memorantur. Ad quam nimirum solitudinem quia prædicatores falsi sequaces suos traherent, longè ante veritas præmonuit, dicens: Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire. Qui rectè perhibentur, calamitate & miseria squalidi; quia & morum sunt pernicie, & sensuum prauitate despecti. Qui herbas quoque & arborum cortices mandunt: quia elationis suæ obice repulsi, in sacro eloquio magna & intima percipere nequeunt, sed vix in illo quædam tenera & exteriora cognoscunt. Per herbas quippe dicta plura, per arborum cortices Patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur: dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum ac proximum medullitus non exquirunt, quasi herba vel cortice pascuntur, quia vel ima vel exteriora sunt quæ mentes superbientium nutriunt. Vel certè herbas mandere, est de Scriptura sacra minima præcepta seruare, maiora contemnerè. *Lib. 20. Moral. cap. 9.*

(Agrum non suum demetunt, & vineam eius quæ vi opprefferant, vindemiant.) Potest agri nomine Scripturæ sacræ latitudo signari, quam hæretici non suâ demetunt: quia ex ea sententiis longè a suis sensibus diuersas tollunt: quæ vineæ quoque appellatione exprimitur, quia per veritatis sententiis virtutum profert. Cuius vineæ Dominum, id est Scripturæ sacræ conditorem quasi vi opprimunt, quia eius sensum in verbis sacri eloquij insectantur.

violenter

violenter conantur, qui dicit: Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuiisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Li. 16. Moral. cap. 23.*

Sæpè verò hæretici eosdem nobiscum Patres quos veneramus, laudant, sed intellectu deprauato, ipsis nos eorum laudibus impugnant. *Lib. 8. Moral. cap. 26.*

Statio Philistinorum est contrarietas hæreticorū. Velut enim in collestantes, ad collem ascendētibz insidiantur, & dum Scripturas sacras malè exponendo peruertunt, ad cognoscendū redemptorem negligenter ascendentes perimunt. *In cap. 10. libr. 1. Regum.*

6. Causa Hæreseon.

VEnerunt de loco suo.) Hæreticorum quippe locus ipsa superbia est: quia nisi prius in corde intumescerent, ad præuæ assertionis certamina non conuenirent. Ita namque malorum locus est superbia, sicut est è contra humilitas locus bonorum. *Et statim post:* Hæretici igitur de loco suo veniunt, quia contra sanctam Ecclesiam ex superbia mouentur: quorum peruersa quoque actio ex ipsa suorum nominum interpretatione colligitur. Dicuntur enim Eliphaz, Baldad, Sophar: & sicut superius diximus, Eliphaz interpretatus est Dei contemptus. Nisi enim Deum contemnerent, nequaquam de eo peruersa sentirent. Baldad autem interpretatur ventustas sola: dum enim verè vinci refugiunt, & peruerso studio esse victores quæruunt, nouæ vitæ conuersationem negligunt, & ex sola vetustate est quod intendunt. Sophar verò speculum dissipans interpretatur. Hi etenim qui in sancta Ecclesia siti sunt, redemptoris sui mysteria fide vera humiliter contemplantur. Sed dum hæretici cum falsis allegationibus veniunt, speculam dissipant: quia

H 4

eorum

In Patrum
quoque scri-
ptis malè
versantur.

Job. 2.
Primus ad
hæresin gra-
dus est su-
perbia.

eorum mentes, quos ad se trahunt, ab intentione rectæ contemplationis inclinant. *Lib. 3. Moral. cap. 17.*

Hæretici Ec-
clesiasticam
disciplinam
subterfugi-
unt, & de
suis carnali-
tatis re-
prehēdi per-
timefcunt.

Peruersi autem homines qui trium capitulorum occasione reperta Ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse Sedis Apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti, student ut certare pro fide inueniantur, Sicque fit ut quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi de zelo feruoris videri etiam laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quod scriptum est: ex operibus eorum cognoscetis eos, vitam eorum tua charitas attendat, & meritum intentionis aspiciat. *Lib. 7. Epist. cap. 53 circa med.*

Matth. 7.

Hos quos ab unitate Ecclesiæ schismaticorum error dissociat, ad unitatem stude concordie pro vestra mercede reuocare. Nam non ob aliud ignorantia suæ hætenus cæcitate volunt, nisi ut Ecclesiasticam fugiant disciplinam, & peruersè habeant ut voluerint viuendi licentiam: quia nec quid defendant, nec quid sequantur intelligunt. *Lib. 7. Epist. cap. 5. circa med.*

7. *Hæreticos inter se esse discordes, & in varias sectas dissectos.*

Hæretici in-
ter se mag-
na concer-
tatione dis-
sident, secū-
que ipsi ple-
rūq; discor-
dant, vnde
apparet, eo-
rum iter ne-
quaquā esse
directum.

HAbent verò hæretici hoc proprium, quod in eo gradu in quo de Ecclesia exeunt, diu stare non possunt: atque à semetipsis plerumque longius confusionis suæ altercatione diuiduntur. Quia ergo hos quos suæ perfidia adiungunt, adhuc in multa diuisione dilaniant, dicatur rectè, quod amici qui veniunt vestes rumpant. Ruptis autem vestibus corpus ostenditur: quia sepe scissis sequacibus, malitia eorum cogitationis aperitur, ut discordia dolos patefaciat, quos grauis prius concordie culpa clau-

claudebat. *Lib. 3. Moral. cap. 19.*

(Vocem suam cohibebant duces &c.) Qui hoc loco alij duces intelligi vel principes possunt, nisi hæreticæ prauitatis auctores? de quibus per Psalmistam dicitur: Effusa est contentio super principes eorum, & seduxerunt eos in inuio, & non in via. Ipsi etenim dum dispensationem Dei peruersè interpretari non metuunt, profecto plebes subditas non in eam viam quæ Christus est, sed in inuium trahunt. Super quos rectè quoque effusa contentio dicitur: quia suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in diuinitate suscipiens, tres etiam Deos credidit. Quem contra Sabellius vnum Deum suscipiens, vnam credidit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis suæ tramentum indeclinabiliter tenens, & vnum Deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, & tres personas asserens, vnum Deum contra Arium confitetur. Quia autem in sacro eloquio Manichæus virginitatem laudari comperit, coniugia damnauit. At contra Iouinianus, quia concedi coniugia cognouit, virginitatis munditiam despexit. Vnde fit ut semper hæreticis peruersa intelligentia confusis, vicissim sibi eorum nequitia & in culpa concordet, & in sententia discrepet. At contra sancta Ecclesia per medias vtrarumque partium lites ordinata pace graditur, & sic scit superiora bona suscipere, ut nouerit etiam inferiora venerari, quatenus nec summa æquet in firmis, nec rursus ima despiciat, cum summa veneratur. Nunc ergo hæreticorum plebium principes, auctoritatem sanctæ Ecclesiæ perpendentes cessant loqui, & quasi ori suo digritum superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant. *Lib. 19. Moral. cap. 14.*

His autem diebus, sicut inuenio, noua hæreticorum bella consurgunt, de quibus vestra beatitudini

Iob. 29.

Psal. 106.

Hæretici sibi quique, ut est libitum, proprias vias imprefserunt, confusionem quæ magnam quærentibus veritatem reliquerunt. At contra Ecclesia Catholica, quæ veræ religionis sacramenta accepit, & cui veritas diuinitus reuelata est, sibi in omnibus semper & ubique constat. Manichæus coniugia damnauit: ar Iouinianus contra virginitatis munditiam despexit: Ecclesia verò medium tenens & virginitatem laudat, & coniugium non damnat.

Nonnulli heretici Prophetias, Euangelia, & dicta Euangelia & SS. Patrum dicta euacuare nituntur.

Luc. 11.
Ecclesia proficit dum ab hereticis impugnatur.

Esal. 54.

iam ante scripsi, ita ut Prophetias, Euangelia, & dicta Patrum omnia euacuare moliantur. Sed permanente vita vestrae sanctitatis, in protectoris nostri gratia speramus quod eorum ora citius obmutescant, quæ contra soliditatem veritatis aperta sunt, quia & quilibet acuti gladij mittantur cum saxum feriunt, fracti resiliunt. Hoc autem magna omnipotentis Dei est gratia, quod in ipsis qui à sanctæ Ecclesiæ doctrina diuisi sunt, vnitas non est, quoniam omne regnum in se diuisum non stabit. Et sancta Ecclesia subtilius in sua semper eruditione instruitur, dum hæreticorum quæstionibus impugnatur, ita ut aperte impletur quod per Psalmistam contra hæreticos de Deo dictum est: diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Nam dum ipsi in suo prauo errore diuiduntur, cor nobis Dei appropinquat, quia eruditi aduersitatibus intellectum eius subtilius inuenimus. *Lib. 7. Epist. cap. 3.*

8. Hæreticorum cætus non esse Christi.

Vera Christi Ecclesia à Spiritu S. vegetatur & illustratur: heretici autem & schismatici hæc Spiritum viuificantem non habent.

Gregorius B. August. citat.

Sicut est vna anima quæ diuersa corporis membra viuificat, ita totam simul Ecclesiam vnus Spiritus sanctus vegetat & illustrat. Sicut namque Christus, qui est caput Ecclesiæ de Spiritu sancto conceptus est, sic sancta Ecclesia, quæ corpus eius est eodem Spiritu sancto repletur ut viuat, eius virtute firmatur, ut in vnus fidei & charitatis compage subsistat. Vnde dicit Apostolus: Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Istud est corpus extra quod non viuificat Spiritus. Vnde dicit beatus Augustinus: Si vis viuere de Spiritu Christi, esto in corpore Christi. De hoc Spiritu non viuunt hæreticus, non viuunt schismaticus, non viuunt excommu-

nica-

natus: non enim sunt de corpore. *In 5. Psal. penit. in princip.*

Bene autem additur: In vnum locum, quia in scifura mentium Deus non est. Deus quippe in vnitatem est, & illi eius habere gratiam merentur, qui se ab inuicem per sectarum scandala non diuidunt. *Hom. 22. in Euang.*

Quisquis hæreticus & profanus nouitates susceperit, longè à veritate abducitur. Et ed ad litus misericordiae Dei non approximat, quod inanum garrulitatum fluctibus raptus, in procellosam se disputationum caliginem omnes recipiens ineptias iactat. Illis ergo tempus oportunitum non est, qui de sua stultitia sapientia inflati, vnde Deum placare debuerant, inde eum magis per vanarum assertionum blasphemiam irritant. Et excusando excusationes in peccatis, ut ad Deum veniant non inueniunt remedium, quem per compendium confessionis possent habere placatum. *In Psal. 2. penit.*

Sicut in schismaticis prauo studio perdurantes oburgandi detestandi que sunt, sic ad sinum matris Ecclesiæ redeuntibus consolandi ac nihilominus refo-

9. Hæreticorum libros Catholicis non esse legendos, sed potius flammis exurendos.

Gregorius lib. 14. Moral. cap. 22. refert iussu Tiberij Imperatoris crematum librum Eutychie Constantino politanæ vrbis Episcopi de reformatione male sentientis, quem ipse Gregorius coram Imperatore hæresis conuicerat. Sic namque ait: Tunc itaque de hac re in longa contentione ducti, grauissima à nobis cœpius simulatione resillire, cum pia memoria Tiberius Constantinus Imperator secreto me & illum (Eutychie scilicet) suscipiens, quid inter nos discordiæ versaretur

Ioh. 20.
Hæretici & schismatici non sunt in gratia Dei. Neq; in veritatis via, quæ Christus est ambulat.

Hæreticorum sacrificia Deo accepta non esse, vide lib. 35. Moral. ca. 5.

Tiberij Imperatoris iussu crematum librum Eutychie, hæretica contententem, combuit.

agno-

agnouit, & vtriusque partis allegationem pensans, eundem librum, quem de resurrectione scripserat, suis quoque allegationibus destruens, deliberavit vt flammis cremari debuisset *Lib. 14. Moral. cap. 32.*

Gregorius
Athanasium
quendam
Presbyterum
monet, ne
amplius he-
reticorum
libros legat,
aut penes se
habeat, alio
quin illum
excommuni-
candum
fore.

Nobis innotuit codicem apud te fuisse inuentum, in quo plurima continebantur hæretica, & ob hoc Ioannem Constantinopolitanæ ciuitatis Antistitem aduersus dilectionem tuam fuisse commotum, intelligo. Quem codicem, quia ad nos studuit profatisfactione transmittere, priores eius partes sollicita lectione percurrimus. Et quoniam manifesta in eo hæreticæ prauitatis venena reperimus, ne denuò debuisset legi, vetuimus. Sed quia hunc te simpliciter restatus es legisse, & ad amputandam ambigua suspicionis materiam libellum nobis manu tua porrexti per scriptum, in quo fidem tuam exponens omnes generaliter hæreses, vel quidquid aduersus Catholicæ fidei vel professionis integritatem est, apertissime condemnasti: & cuncta quæ Sanctæ quatuor vniuersales Synodi recipiunt, te semper recepisse ac recipere & que condemnant, condemnare professus es, ideo &c. *Lib. 5. Epist. Epist. vltima.*

*Antiqua Ecclesiæ consuetudine receptum fuisse, vt hereticorum libri flammis exurantur ex Nicæno Concilio manifestum est, quod censuit Arrij libros igne exurendos, vt Nicephorus testatur lib. 8. cap. 18. & Constantinus id executioni mandari iussit, propostæ capitali pœna, si quis libros Arrij occulasset, vt patet ex epistola eius apud Socratem lib. 1. cap. 6. & Niceph. lib. 8. cap. 25. Scribit etiam Socrates lib. 1. cap. 24. Marcellum Ancyranum damnatum fuisse, quod libros errorum suorum comburere noluisse: non enim recipiebantur ad penitentiam hæretici, nisi prius libros suos voraci flamma è medio sustulissent. Libri quoque Nestorij in Concilio Ephesino interditi fuere, & à Theodosio Imperatore exari iussi, vnde adhuc extat lex Theodosij L. Damiano. C. de Hæreticis. Pari ratione in Concilio Chalcedonen-
si dam-*

*damnantur libri Eurychetis, & ab Imperatoribus Valens iunior & Mariano districta lege prohibetur, ne vllus eos legere aut penes se reservare audeat, sed omnes studiosè quæ sui flammis exurantur, vt patet ex Concilio Chalcedonen-
si art. 3. Accedit etiam in argumentum huius rei, quod nulli ferè exstant veterum hereticorum libri. Quomodo enim enuauerunt tot volumina Valentini, Marcionis, Arrij, Euanomij, Nestorij, Pelagij, & aliorum sexcentorum, quibus SS. Patres responderint?*

10. *Non esse hæreticis templa concedenda, neq;
cum ijs communicandum.*

CVM ad Spoletanam urbem Longobardorum Arrianus quidam Episcopus, scilicet Arrianus, venisset, & loci illic vbi solennia sua ageret non haberet, cepit ab eius ciuitatis Episcopo Ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod dum valdè Episcopus negaret, idem qui venerat Arrianus B. Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit, Ecclesiam clausit, seris muniuit. Facto autem vespere lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondit. In ipso autem templa subsecquentis lucis crepusculo Arrianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cunctæ simul portæ diuinitus concussæ abiectis longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arrianus verò Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita cæcitate percussus est, atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam vltèrius præsumperunt Catholicis loca temerare. Mirò enim modo res gesta est; vt
Alij ipsius
exemplo cau-
tiores effici-
untur, ne
vim Catho-
licis Eccle-
sias inferas.

quia eiusdem Arriani causa lampades in Ecclesia B. Pauli fuerat extincta, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret. *Li. 3. Dialog. cap. 29.*

Dum Romę
Ecclesia
quædam Ar
rianis adi
mitur, & ri
tui Catholi
co dedica
tur, porcus
exijt.

¶ al. Agathę

Sed neque hoc sileam quod ad eiusdem Arrianę hæreseos damnationem in hac quoque vrbe (Romana) ante biennium pietas superna monstrauit. Ex his quippe quæ narro aliud populus agnouit, aliud autem sacerdos & custodes Ecclesię se audiuisse & vidisse testantur. Arrianorum Ecclesia in regione vrbe illius quæ Subura dicitur, cum clausa visque ante biennium remansisset, placuit vt in fide Catholica introductis illic Beati Stephani & sanctę Martyrę martyrum reliquijs dedicari debuisset, quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes, atque omnipotenti Deo laudes canentes, eandem Ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ca Missarum solennia celebrarentur, & præ eiusdem loci angustia populi se turba comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. *Et statim post.* Quod ideo diuina pietas ostendit, vt cunctis patefceret quia de loco eodem immundus habitator exiret, &c. *Lib. 3. Dial. cap. 30.*

Hæreticorum
templa in
vsum Ca
tholicę re
ligionis cõ
uertenda
sunt.

Communi
candum nõ
esse cum hæ
reticis, sehif
maticis aut
excommu
nicatis.

Ecclesia S. Agathę sita in Suburra, quæ spelunca fuit aliquando prauitatis hæreticę, ad Catholicę fidei culturam Deo propitiante reducta est. *Libr. 3. Epist. cap. 19.*

Quos Apostolica Sedes in communionis suę confortium non recipit, omnino refugas, ne inde reus ante conspectum æterni iudicis, vnde poteris saluari, consistas. *Et post pauca.* Hoc ergo cognoscetes, postquam vobis nullam de ignorantia excusationem assumere potestis, rogo, hortor & moneo, vt à prohibitione vos communionis confortio per omnia suspendatis, &c. *Lib. 5. epist. cap. 148.*

Ermigildus Rex ab Arriana hæresi ad fidem Catholicam conuersus est. quem pater Arrianus vt eandem hæresim rediret, & præmijs suadere, & minister terere conatus est. Cumque ille constantissime responderet se nunquam veram fidem posse relinquere, quam semel agnouisset, iratus pater cum priuauit regno rebusque expoliavit omnibus. Superueniente autem Paschalis festiuitatis die, in tempestat noctis silentio ad eum perfidus pater Arrianorum Episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegę consecrationis communionem perciperet; quod dum facere recusaret, pater infremuit, statimque suos apparatus misit, qui constantissimum confessorem Dei illic vbi iacebat occiderent, quod & factum est. *Lib. 3. Dialog. cap. 31.*

11. Hæreticos Ecclesiastici vel etiam secularis Magistratus potestate puniendos coercendosque.

Qualiter neglectus inter initia morbus vires accipiat, ex nostris necessitatibus quicumque in hac sumus vita constituti, probauimus. Huic igitur nascenti morbo si Doctorum obstatet prouiso medicorum, scimus quidem quia ante solet cessarequam nõceat. Huius ergo considerationis ratio vehementer nos debet impellere vt animarum morbis iniantibus tota festinemus possibilitate resistere, ne dum salubria adhibere medicamenta negligimus, multorum nobis vita quos Deo nostro contendimus lucrari, subripiatur, &c. *Moxque subiungit;* Quare fraternitatem vestram scriptis præsentibus adhortamur, vt habito tractatu in toto concilio ita nascenti huic adhuc morbo inhiante ac tota virtute debeatis obistere, dum modò nec vires ex neglectu percipiat, nec in commisso vobis grege pestilentię damna concutiat. Nam si quolibet modo, quod non credimus, incipienti negli-

Ermigildus
Rex cum in
fide Catho
lica constã
ter perseue
rat, & Arria
norum sacri
legam com
munionem
repudiat, à
Patre, in car
cere necatur.

Hæretici dñ
tempustiẽ
non puniuntur,
in solentiores effica
natur.

Hæreticos & legum districtio & fidei nostra damnat integritas. **Donatista** Catholicæ Ecclesiæ Sacerdotes eijciebant, quod & nostri tēporis hæreticos ad modum est vulgate.

gitis iniquitati resistere, plurimos erroris sui gladio vulnerabunt. *Libr. 3. Epist. cap. 35.*

Hæreticorum nefandissimam prauitatem qualiter lex persequatur instantius, excellentiæ vestræ nõ habetur incognitum. Hi igitur quos & fidei nostræ integritas, & legum damnat districtio mudanarum, non leue peccatum est si vestris inueniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus ita Donatistarum creuit audacia, vt non solum de suis Ecclesijs autoritate pestifera eijciant Catholicæ fidei sacerdotes, sed & quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. *Lib. 3. Epist. cap. 32.*

Hæretici à Catholicis Sacerdotibus vigore rationeque semper cõpesci debēt.

Orthodoxi Imperatoris tempore obmutescunt hæretici. *Psal. 32.*

Gregorius Gennadiũ **Patticiũ** & **exarchũ** **Aphricæ**

Fraternitas vestra ita studuit Aphricanam inconcussam feruare Prouinciã, vt nullatenus deuis hæreticorum sectas cum feruore sacerdotali coerre re negligeret. *Et paulo post.* Quanquam ergo hæc secta habeant, & desideremus omnes hæreticos à Catholicis sacerdotibus vigore semper rationeque compesci, tamen subtiliter intuentes omninõ nos tetigit, ne per ea quæ apud vos gesta sunt, aliorum consiliorum primatibus, quod auertat Dominus, generetur scandalum. *lib. 4. epist. cap. 47.*

Etsi hæreticorũ corda in insania peruersi sensu ebulliunt, Orthodoxi tamen Imperatoris tempore praua quæ sentiunt eloqui non præsumunt, ita vt aperte videamus impleri hoc quod scriptum est: *Cõgregans sicut in vtre aquas maris.* Aqua enim maris sicut in vtre congregata est, quia amara hæreticorum scientia qui quid odit, prauum sentit, in peccatore compimit, & aperte dicere non præsumit. *lib. 9. Epist. cap. 40.*


Sicut excellentiam vestram, hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet eam inimicis Ecclesiæ eius omni viuacitate mentis & corporis obuiare, quatenus eius ex vtroque

triumpho magis ac magis enitescat opinio, eum & laudat, quod forensibus bellis aduersarijs Catholicæ Ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obstitit, & Ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia, contra Catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hæreseos suæ venena ad tabefacienda, si valuerint, Christiani corporis membra transfundant: cognouimus enim eos contra Ecclesiam Catholicam, Domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat.

Lib. 1. epist. cap. 72.

(. . .)

FINIS LIBRI PRIMI.



CONFESSIONIS

GREGORIANAE

LIBER SECVNDVS,

octo Capita complectens.

CAPVT PRIMVM,

De peccato Originali.

1. Primum hominem Adamum, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, & sanctitatem ac iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisset, et indignationem Dei, atque adeo mortem ipsam, quam illi Deus fuerat comminatus, incurrisse.

Psal 101.
Esaiæ 40.



Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum.] Scriptum est in Esaiâ: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et rursum: Verè fœnum est populus. Homo namque fœno comparabilis est, quia per natiuitatem viret in carne, per iuuentutem candescit in flore, per mortem aret in puluere. Ipse est enim, Iob attestante, qui quasi flos egreditur & conteritur. Hæc autem mors & contritio, quæ ad omnes homines ex iustæ damnationis sententia peruenit, ex primi hominis peccato descendit. Vnde & Apostolus ait: Per primum hominem peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāsijt. Homo ergo qui in Creatoris obedientia persistisset, posset in æternum viuere, propter inobedientiæ culpam percussus est mortalitate. De qua nimirum percussione in hoc loco dicitur: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. Quia ergo primus homo peccando

Iob. 13.
Sententiam mortis propter inobedientiã incurrit Adã, & cum eo tota posteritas per propagatione.

mortem

mortem incidit, propagata generis humani successio à rationis intimæ viriditate consequenter exaruit. In Psal 5. penit.

[Quia oblitus sum comedere panem meum.] Panem suum in paradiso primus homo conditus habuit, quamdiu inconcusso mentis vestigio conditoris sui præcepta seruauit. Panis autem eius fuit, visio nis diuinæ delectatio, verbi Dei fatietas, internæ quietis gaudium, lucis inaccessibilis splendor, sapientiæ refectio, Angelorum societas, amor Dei, iubilum spiritus, contemplationis suauitas, colloquutionis desiderium, securitas mentis, præsentia Creatoris. Quem panem tunc profecto perdidit, cum serpentis suggestioni consensit. Tangens enim veritatem, oblitus est præceptum. Vnde factum est vt qui tenebat arcem beatitudinum, in lacum incideret miseriarum: & qui intimæ reficiebatur suauitate dulcedinis, panem postmodum manducaret doloris. Quicumque ergo illius portat imaginem, factus est de terra terrenus, panem suum comedere obliuiscitur, quia terrenæ voluptatis captus illecebris, in verbo Dei non delectatur. Ibidem.

Humana anima primorum hominum vitio à paradisi gaudijs expulsa, lucem inuisibilium perdidit, & totam se in amorem visibilium fudit; tantoque ab interna speculatione cæcata est, quanto foras de foris sparsa: vnde fit vt nulla nouerit, nisi ea quæ corporeis oculis, vt ita dixerim, palpando cognoscit. Homo enim qui si præceptum seruare voluisset, etiam carne spiritalis futurus erat, peccando factus est etiam mente carnalis, vt sola cogitet quæ ad animum per imagines corporum trahit. Lib. 5. Moral. cap. 24.

Consideret sanctus vir post primam culpam, quantum deterius homo mala commisit, postquam paradysum

Psal 101.
Adami in paradiso constituti felicitas, in quo sita fuerit: & quomodo eam ob mandati præuicationem perdidit.

Primi nostri parentis spoliatur propter peccatum interna diuinarum rerum speculatione.

perdidit vsq; ad quanta huius exilij prærupta descendit & dicat: Quare non in vulua mortuus sum: id est, cum serpentis suggestio peccatorem me conciperet, tunc vtinā quæ me mors sequeretur agnouissem, ne vsque ad delectationem suggestio raperet, & mortiarctius ligaret. Egressus ex vtero non statim perij? Ac si dicat: Vtinam ad exteriorem delectationem exiēs quod interiore lumine priuabar, agnouissem: & salutem in ipsa delectatione occumberem, ne per consensum mors acrius puniret: Cur exceptus genibus? Ac si dicat: Vtinam minimē me consensus subiectis prauitati sensibus excepisset, ne ipsa me consensus ad

Adam peccando dereliquit vitā æternam, & qui immortalis erat conditus post prauaricationem mortalis factus est.

La tale vulnus accepit Adam post mandari transgressio nem.

2. *Adami peccatum non ipsi soli, verum toti illius posteritati nocuisse.*

Iob. 14.

Quid est homo vt immaculatus sit? Eo enim ipso quo dicitur homo, terrenus exprimitur & infirmus, homo enim ab humo appellatus est.

est. Et quomodo esse valet sine macula, qui sponte sua ad infirmitatem concidit factus de terra? vbi additur: & vt iustus appareat natus de muliere: Primam quippe viro iniustitiam mulier propinavit in paradiso. Quomodo ergo iustus apparebit qui de illa natus est, quæ iniustitiæ propinatrix extitit? *Lib. 12. Moral. cap. 16.*

Eua maculata totam posteritatem infecit.

[Et mutaberis in virum alium.] Amor electæ mē. *1. Reg. 10.* ris quid est aliud quàm immutatio vetustatis? Natura enim nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, vt quotidie labendo deficiat, & deficiendo veterescat. *In cap. 10. Lib. 1. Reg.*

Imputare sibi Adam peccatum suum noluit, quādo culpam suam in Creatorem refudit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi. Vnde quia se cōfiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis sententiam ad posteros misit. *In Psal. 2. pœnit.*

Genes. 3. Omnes vult nere primorum parentum concidimus.

(Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.) id est virtutes animæ obscuratae sunt, & extenuatae virtutes simul conturbatae sunt. Charitas enim confunditur, humilitas impingitur, fortitudo deijcitur, castitas impugnatur. Per ossa virtutes accipimus, per quas nimirum animam sustentamus. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum, ita in virtutibus robur inuenitur animarum. Et planè debilis omnis compræhenditur anima, nisi quæ fuerit virtutum fortitudine fulta. Postquam enim in ordine culpam incurrit primus humani generis parēs, ab illa in qua positus fuerat mentis celsitudine decidit, claritatem diuinæ visionis perdidit, suauissimas verborum

Psal. 6. Omnes peccauimus in Adam tanquam in massa.

Dei epulas, quibus interius reficiebatur, amisit. *In Psal. 1. pœnit.*

3. Adamum per inobedientiam inquinatum, eodem inobedientiæ peccato non tantum pœnam & mortem corporis, sed & peccatum in omne genus humanum transfusse.

In Adam omnes peccauerunt, tanquam in primo principio.

Psal. 37.
Mortalitas & passibilitas sunt sagittæ quæ humano generi post Adami praua ricationem sunt infixæ.

NOS primum hominem qua die peccauit, anima mortuum dicimus, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. *Lib. 6. Epist. cap. 195.*

(Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi & cæteris.) Quanto quisque plus cœperit quod amisit intelligere, tanto plus incipit corruptionis suæ sententiam quam subiuit lugere. Fidelis ergo anima perpenset quod perdidit, considerans quod inuenit, videns se à paradisi gaudijs venisse ad miseras vitæ præsentis, à societate Angelorum transisse ad curas necessitatum, pensat quod subiaceret periculis, quæ peccando gloriam perdidit æternæ incorruptionis. Nouit etiam quia mortem nulla possit ratione euadere: quæ posset si non peccasset semper vixisse. Has ergo sibi sagittas infixas esse conqueritur: quia iam nobis est naturaliter inditum quod primo homini fuit pro culpæ vindicta illatum. Mortalitas & passibilitas sunt sagittæ quæ nimirum nobis infixæ sunt: quia quamdiu in præsentis sæculo viuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus. Dicat ergo fidelis anima: Quandoquidem pro originali commisso mortalis effectus, magnam huius sæculi miseriam sustineo, pro me autem pœnitentiam ago, tu qui visitabis iniquitates in virga, ne impleas amaritudinibus vniuersa. Sed cum in hoc sæculo peccati pœnam luageam, saltem in futuro districtæ animaduersionis terrorem euadam. *In Psal. 3. pœnit.*

Non de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo coniugio natus erat qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Qui enim in iniquitatibus conceptus se nouerat, in delicto se natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitij, quem traxit ex radice. *Responsione decima ad interrogationes Augustini Canuariens.*

(Cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.) Ac si aperte dicat: Quid tibi restat nisi parcere, cuius virtuti nullus valet obuiare? Quod enim nemo est, qui animaduersionem tuam ex merito suæ virtutis retineat, eò à se facilius tua pietas exigit vt parcat. Quia autem nos in delictis concepti, in iniquitatibus æditi, aut noxiè praua perpetramus, aut incautè etiam recta agendo delinquimus, districtus iudex vnde nobis fiat placabilis non habemus. *Libr. 9. Moralium cap. 35.*

Quietus homo possidere carnem potuit si bene ab authore conditus possideri voluisset. Cum quæ se erigere contra conditorem studuit, in semetipso proterius carnis contumelias inuenit. Sed quia cum culpa simul ab origine etiam pœna propagatur, inserto infirmitatis vitio nascimur, & quasi nobiscum hostem deducimus, quem cum labore superamus. Ipsa ergo hominis vita tentatio est, cui ex semetipso nascitur, vnde perimatur. *Libr. 8. Moralium cap. 4.*

Primus homo ita conditus fuit, vt manente illo decederent tempora, ne cum temporibus ipse transiret. Stabat enim momentis decurrentibus: quia nequaquam ad vitæ terminum per dierum incrementa tendebat. Stabat tanto robustius, quanto semper stanti ardentius inhærebat. At vbi vetitum

Psal. 50.
Arbor in ramo portat humorem vitij, quem traxit ex radice.

Iob. 33.

Adamus post præcepti transgressionem carnis passionibus subiectus fuit, quas & qui libet nostrum qui ab Adamo originem trahimus, in se experitur.

contigit, mox offenso Creatore cœpit ire cum tempore. Statu videlicet immortalitatis amisso, cursu cum mortalitatis absorbit. Et dum iuuentute ad senium, senio traheretur ad mortem, transeundo didicit, stando quid fuit. Cuius nos quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus, eius cursum nascendo fortimur, ut eo ipso quotidiano momento quo viuimus, incessanter à vita transeamus, & viuendi nobis spatium vnde crescere creditur, inde decreseat. *Libr. 25. Moral. cap. 2.*

4. *Propagatos ex semine Adami iniustitiam non imitatione, sed propagatione contrahere.*

Psal. 50.

ECce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Opus est Domine, ut miserearis, quia ab incunte vitæ primordio, in peccati foueam incidi, & concupiscentiæ carnalis sordibus inquinata natiuitatis meæ initia contraxi. Non in me illa quam nouiter admisi sola viger iniquitas, habeo in me etiam ex vetri quod ignoscas: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Non ideo homines in peccatis concipiuntur, quia peccatum sit coniugibus commiseri, hoc enim opus castum non habet culpam in coniugio, quia nuptiale foedus non exorbitat à fide. Deus enim copulam maritalem instituit, quando masculum & foeminam in principio creauit. Qui quidem sine peccato filios ederent, si in paradiso positi, in cœditoris obedientia persisterent. sed quia à statu rectitudinis primus homo peccando corruit, peccati poenam ad filios misit. Carnalis enim delectatio poena peccati est, quæ ex radice peccati ita contrahitur, ut nullus absque illa in mundo generetur. *In 4. Psalmi panit.*

Omnes, qui ex Adami propagine orti sumus, in peccatis nascimur, & in iniquitatibus concipimur.

Sub diuina districtione iustum est, ut propagio mortalis, velut infructuosa arbor, & in ramis seruet amaritudinem quam traxit ex radice. Ait ergo: In turbiditate enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, ac si aperte humani generis damna considerans dicat, districtus iudex quæ eos animaduersione trucidat, quos culpa propriæ actionis damnat, si & illos in æternum percutit, quos reatus arbitrij non addidit? *Li. 9. Moral. cap. 16.*

(Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?) Is qui per se solus est mundus, mundare præualeat immunda. Homo enim incorruptibili carne viuens, habet tentationum immunditias impressas in semetipso: quia nimirum eas traxit ab origine. Ipsa quippe propter delectationem carnis eius conceptio, immunditia est. Vnde & Psalmista ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. *Psal. 50. Li. 11. Moral. cap. 28.*

Potest verò hoc in loco intelligi, quia beatus Iob incarnacionem redemptoris intuitus, solum vidit in mundo hominem de immundo semine non esse conceptum: qui sic in mundum venit ex virgine, ut nihil haberet de immunda conceptione. Neque enim ex viro & foemina, sed ex sancto Spiritu & Maria virgine processit. Solus ergo in carne sua vere mundus extitit, qui delectatione carnis tangi non potuit: quia nec per carnalem huc delectationem venit. *Ibidem.*

Humana iustitia auctori comparata, iniustitia est: quia etsi in ipsa sui conditione homo persisteret, creatori non posset æquari creatura. Cui tamen ad grauiora defectus pondera accessit & culpa, quam serpens insidians intulit, & mulier infirmata persuasit. Vnde nunc quia homo per mulierem culpæ subditam nascitur, reatus primi infirmitas, in prole pagam propagatur.

Iob. 9.

Iob. 14.

Psal. 50.

Christus Dominus ex immaculata virgine ortus, à primi parentis peccato immunis fuit.

Reatus primi infirmitas in prole propagatur.

pagatur. Et quia in radice putruit humani generis ramus, in conditionis suæ viriditate minimè subsistit. Vnde rectè dicitur: Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ac si apertè diceretur: Ne contra auctoritatem suam homo superbiat, consideret vnde huc venit, & intelligat quid sit. *Libr. 1. 7. Moral. cap. 8.*

Omnes in Originali peccato nascimur, à quo liberari non possumus nisi per Baptismi lauacrum.

Peccatum Originale à parentibus trahimus, & nisi per gratiam baptismatis soluamur, etiam parentum peccata portamus: quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. *Et post pauca:* Delecto autem Originali peccato, ex parentum nequitia in anima non tenemur. Quid enim est quod paruuli filij plerumque à Dæmonibus arripiuntur, nisi quod caro filij ex patris poena mulctatur? *Li. 15. Moral. cap. 2. 2.*

5. *Ad peccatum per humana naturæ vires, vel remedium aliud tolli non posse, quàm per meritum vniuersi mediatoris Domini nostri Iesu Christi.*

Superbiæ vulnus diaboli nequitia nobis inflicti, Christi humilitate est obducium.

IN Paradiso sano homini diabolus inuidens superbiæ vulnus infixit, vt qui mortem non acciperat conditus, moreretur elatus. Sed quia diuinæ potentiæ suppetit non solum bona de nihilo facere, sed ea etiam ex malis quæ diabolus perpetrauerat reformare, contra hoc inflictum vulnus superbiæ diaboli, medicina apparuit inter homines humilitas Dei, vt authoris exemplo humiliati surgere, qui imitatione hostis elati ceciderant. Contra ergo superbiem diabolum, apparuit inter homines, homo factus humilis Deus. *Lib. 31. Moral. cap. 1. in principio.*

Iob. 7.

(Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam?) Quibus profecto verbis quid aliud

aliud quàm desiderium præstolati mediatoris in iuuide quo Ioannes ait: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccatum mundi. Vel certè ab humano genere tunc peccatum plenè tollitur, cum per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutatur. Esse namque a culpa liberi nequaquam possumus, quousque in corpore mortis tenemur. Redemptoris ergo gratiam, vel resurrectionis soliditatem desiderat, qui iniquitatem suam auferri funditus sperat. Vnde mox & poenam præuicationis culpæ quam ex origine meruit, & iudicium quod ex propria actione pertinet, adiungens subdit: Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane quæsieris non subsistam. Peccanti primo homini dictum est; puluis es & in puluerem reuerteris, &c. *Lib. 8. Moral. cap. 23.*

Iob. 16.

Genes. 3.

Redemptor noster veniens saluam luto miscuit, & cæci nati oculos reparauit; quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat. Nam quia à paradisi gaudijs expulsus, in hoc iam exilio naturæ addidit, quasi à natiuitate homo sine oculis processit. *Lib. 8. Moral. cap. 21.*

Marc. 8.

(Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.) Quasi dicat: Tu qui es adiutor in opportunitatibus, in tribulatione noli me velut alienum negligere, noli velut extraneum abdicare, immò intende in adiutorium meum, tuque me inter letifera tentationum iacula protege, tu ab omni inimicorum incurfione defende, tu in corde meo intelligentiæ lucem illumina, tu me ab omni malo auxilio tuæ virtutis circumda. Quod bene debes facere, quia tu es Dominus meus. Te enim solum habeo Dominum, te solum confiteor Deum. Congruum ergo videtur, vt qui es

Christi Dominus est refutator salutis in primo parente perditæ resti-

restit-

restitutor salutis in primo parente perditæ, sis & conseruator eiusdem in me per gratiam restituta. *In fine 3. Psal penit.*

Dum conditor noster appropinquat Hiericho, cæcus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit, humanum genus lumen quod amiserat recepit. Vnde enim Deus humana patitur, inde homo ad diuina subleuatur. *Hom. 2. in Euang.*

Psal. 37.

(Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.) Quasi dicat, non solum membra mea illis quibus prædictum est modis (humana scilicet infirmitatis miserijs) sed etiam ego vt virtutem in primo parente perditam eis restituam, conturbationem auferam, lumen nihilominus amissum reddam, solus inter mortuos liber, factus sum obediens Patri vsque ad mortem. *In 3. Psal. penitent.*

6. Concupiscentiam pœnam esse & effectum peccati originalis.

1 Reg. 15. Ante peccatum primi hominis, nulla membris libido inerat.

ET ait Samuel: Sicut fecit mulieres absque liberis gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. (Quæ est mater carnalis sensus, nisi Originalis culpa. Quia enim ante peccatum primi hominis nulla membris libido inerat, rex Amalechita non erat. Erat quippe sensus carnis, sed turpis ac libidinosus non erat: sed statim vt ad culpam cecidit, prurium membrorum sensit. Quia obediens motum carnis habere non potuit, quando ipse Deo inobediens fuit. Culpa ergo Originalis mater contumeliosi sensus carnis recte intelligitur, quia ex illa nascendo prodijt, qui est ab illa cœpit. Vnde & Apostolus quasi seuerissimi tyranni legem carnalis sensus exhorrens, non solum ipsum regem, sed matrem ostendit, dicens: Itaque iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Peccatum namque

Rom. 7.

que quod se non operari perhibuit, motum carnis intellexit. Peccatum autem in se habitans, Originalem culpam. Quia ergo ex Originali culpa fit peccatum motionis carnis, dum regem carnalem sensum attendimus, matrem eius esse primam culpam recte nominamus Liberi autem huius matris sunt, omnes concupiscentiæ, peccata & vitia. Absque liberis vti que fit mater, quando omnis à carne, omnis à mente iam culpa remanere videtur. Sine liberis namque tunc est, quia etsi à carne nulla iam turpitudine est, si nullam iam regnat concupiscentia in mente, manens tamen in nos illa culpa, nunc doctoris virtute perdi non potest. Quid est enim quod ait Apostolus: iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum: ex illa quidem culpa, quam ex vitiosa nature nostræ radice contrahimus habemus, vt corrumpi vitiorum passionibus valeamus. Lex ergo inordinata membrorum quando præter voluntatem nostram membra mouet, nos non hoc operamur, sed quod inhabitat in nos peccatum. Velle quidem nobis tunc adiacet, sed adhuc posse non inuenimus: si quidem vellemus vt nobis inuitis aliquid in nobis moueri non posset. Et hi fortasse pessimæ matris conceptus, quibus culpa illa impregnatur, si in turpes actus & obscœnos sinuntur effundi, quasi nasci perhibentur. Filij ergo sunt motus, qui non solum naturaliter intus sunt, sed qui in turpibus & obscœnis operibus manifestantur. Mater ergo Agag sine liberis fit, quando Originalis culpa sic restringitur, vt nullos actus aut motus edere permittatur. *In ca. 15. lib. 1. Reg. circa finem serè.*

Ex Originalli culpa, carnis concupiscentia in homine nascitur.

(Dereliquit me virtus mea.) Humanum cor ad omnem tentationis impulsus facile concurrit, si virtute constantia intus non firmatur. Possimus quoque per hanc virtutem rationalitatem accipere, quæ ita in nobis per peccatum primi parentis habe-

Psal. 37.

tata est, vt Dei in nobis obfuscentes imaginem, creaturas sequeutes, relinquamus Creatorem. *In 3. Psalm. penit.*

Humanus animus diuersarum concupiscentiarum moribus ac prauis affectibus modo in hanc, modo in aliam partem detorque-

Ipsa mens nostra à secreti interioris securo gaudio exclusa, modo spe decipitur, modo pauore vexatur, modo dolore deiecitur, modo falsa hilaritate releuatur: transitoria pertinaciter diligit, earum que amissione incessanter arteritur, qua & incessanter cursu rapiente permutatur. Rebus autem mutabilibus subdita, & à semetipsa variatur. Nam quærens quod non habet, anxii percipit: cumque hoc habere ceperit, tædet hanc percepisse, quod quæsiuit. Amat sæpe quod despexerat, despicit quod amauerat. Cum labore quæ æterna sunt discit, sed horum repente obliuiscitur, si laborare desierit. Diu quærit vt parū quid de summis inueniat: sed ad consuetam citius relabens, nec parum in his quæ inuenierit perseuerat. Eruditus appetens vix suam ignorantiam superat, sed eruditus grauius contra scientiæ gloriam pugnat. Vix carnis suæ sibi tyrannidem subijcit, sed tamen adhuc intus culpe suæ imaginem tolerat, cuius iam foris opera vincendo refrinxit. *Lib. 8 Moral. cap. 22.*

7. *Peccatum Originale non esse substantiam, sed accidens, id est, differentiam inter naturam humanam, & peccatum Originis, suæ corruptionem naturæ.*

ANte triennium cogente causa Monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens mihi quondam frater & confacerdos meus Dominus Ioannes literas misit, quibus nitebatur ostendere eos Ephesinæ Synodi definitionibus contraxisse, & velut ex eadem Synodo certa nobis quibus ipsi obisterent capitula destinauit. Inter alia autem scriptum illic continebatur, de Adæ anima,

quia

quia in peccato mortua non fuerit, eò quod Diabolus in cor hominis non ingrediarur, & si quis hoc dixisset, anathema esset. Quæ cum mihi relata fuissent, valde contristatus sum. Si enim Adæ, qui primus peccauit, anima in peccato mortua non est, quomodo de ligno vetito ei dictum est. In quacunque die comederitis ex eo morte moriemini? Et ecce comedit Adam & Eua de ligno vetito, & tamen in carne sua ultra nongentos annos postmodum vixerunt. Constat itaque quia in carne non est mortuus. Si ergo in anima mortuus non est, quod dici nephas est, falsam sententiam de illo protulit Deus, qui dixit, qua die comederet moreretur. Sed absit hic error, absit à vera fide. Nos enim primum hominem qua die peccauit, anima mortuum dicimus, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Per secundum verò hominem & modo à morte animæ, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione nos liberari confidimus. Sicut autem & prædictis responsalibus diximus, Adæ animam in peccato mortuam dicimus, non à substantia viuendi, sed à qualitate viuendi. Quia enim aliud est substantia, atque aliud qualitas, non est eius anima ita mortua vt non esset; sed ita mortua, vt beata non esset. Qui tamen Adam postmodum per penitentiam ad vitam redijt. *Lib. 6. Epistol. cap. 195.*

Adæ anima post peccatum quomodo mortua sit.

Adæ anima statim atque peccauit mortua est, nimirum priuatione gratiæ.

Anima Adæ non substantia, sed qualitate in peccato mortua est. Adam per penitentiam ad vitam redijt.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM, De gratia & libero arbitrio.

1. *Libertum arbitrium non esse rem de solo titulo, aut titulum sine re.*

Aug. ca. 2. li. de gratia et liber. arbit.

Est igitur, inquit, liberum arbitrium, quod si quis esse negauerit, Catholicus non est. *Iob. 3.*

Adamus sponte & ex libero arbitrio se hosti subdidit.

Genes. 4.

Ipsa Diabolus in illa nos parentis primi radice supplantas, sub captiuitate sua, quasi iuste tenuit hominem, qui libero arbitrio conditus, ei iniusta suadenti consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriae voluntatis sponte suactus est debitor mortis. *Lib. 17. Moral. cap. 15.*

(Nunc enim dormiens filerem, & somno meo quiescerem.) Ad hoc quippe in paradiso homo postus fuerat, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad caelestem Angelorum patriam quandoque sine carnis morte transiret. Si namque est immortalis conditus, vt tamen si peccaret, & mori posset: & sic mortalis est conditus, vt non peccaret, etiam non mori posset: atque ex merito liberi arbitrii beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare vel mori non posset. *Et post pauca:* Postquam vero se sponte hosti subdidit, altectus culpa suae vinculis, in quibusdam etiam ei non spiritui reluctatur. *Lib. 4. Moral. cap. 30.*

Sciendum vero est quia cum peccata impunita relinquimus a nocte possidemur: cum vero haec animaduersione poenitentiae plectimus, nimirum non noctem quam fecimus possidemus. Sed tunc peccatum cordis sub iuris nostri possessionem reducitur, si cum incipit reprimatur. Vnde & diuina voce Caina praua cogitanti dicitur: In foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. In foribus quippe peccatum adest, cum in cogi-

rogitationibus pulsatur. Cuius appetitus subter est, eique homo dominatur, si cordis nequitia inspecta citius prematur, & priusquam ad duritiam crescat, reluctanti menti subiugatur. *Lib. 4. Moral. cap. 22.*

Icirco nequaquam caelestis patriae praemia aeternum percipiunt: quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens a terrenis desiderijs gratia aspirante suspenditur. *Lib. 33. Moral. cap. 25.*

[Si destruxerit, nemo est qui aedificet, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.] Omnipotes Deus humanum cor destruit, cum relinquit: aedificat dum replet. Neque enim humanam mentem debellando destruit, sed recedendo: quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. *Et post pauca:* Dicatur ergo: Si incluserit hominem nullus est qui aperiat: quia sicut nemo obfistit largitari vocantis, ita nullus obuiat iustitiae relinquentis. Includere itaque Dei est, clausis non aperire. Vnde & ad Moysen dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iustitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. *Li. 11. Moral. cap. 5.*

2. *In potestate hominis esse facere vias suas malas.*

Sicut loqui aliquando vnus est, colloqui vero duorum vel fortasse multorum: sic antiquus hostis quia nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit, nequaquam lumbos nostros vulnerat, sed eouulnerare dicitur: quia hoc quod ille nobis male suggerit, nos sequentes ex voluntate propria implemus, & quasi cum ipso nos pariter vulneramus; quia ad perpetrandum malum ex libero simul arbitrio ducimur. *Lib. 13. Moral. cap. 9.*

(Quia eleuans allististi me.) Creatis ceteris anima-

K

Habes hic liberum arbitrium, quomodo potest homo (adiurus gratia) promereri vitam aeternam, & eandem si velit non promereri, sed despiceratque committere. Deus tunc hominem obdurare dicitur, quando cor reprobum per gratiam non emollit.

Exod. 4.

Diabolus neminem inuitum ad peccandum impellere potest. Ad perpetrandum malum ex libero arbitrio ducimur.

Psal. 101.

libus,

libus, homo præ cunctis eleuatus fuit, quia & libertate exiit arbitrij præditus, & rationis lumine illustratus. Cui etiam datum est vt non sicut cætera animantia terram semper aspiceret, sed vt ipso situ corporis cælos erectus videret: ex hoc quoque aperte cognosceret, quia & intentionem ad summa dirigere, & mentem deberet ad Deum leuare. Nam & terror eius & tremor omnibus animantibus incubuit, quia diuina voce eis prælatuſ fuit. Mortem quoque nequaquam incurreret, si diuinis præceptis obediens nunquam peccaret. Sed conditoris sui mandata transgrediens, tanto grauius corruit, quanto antequam caderet, altius stetit. Cadens igitur allisus est, quia peccare non metuens, & pro salute infirmitates pertulit, & pro vita mortem suscepit. *In quintum Psalm. penitent.*

Humana anima in lapsum non caderet, si mutabilis non fuisset, quæ à paradisi quoque gaudijs expulsa, si mutabilis non esset, ad vitam nunquam rediret. In hoc ipso verò quod ad vitam redire nititur, defectus suos cogiturn alternante semper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nihilo est condita, ex se nihilominus infra se tendit, nisi ad boni desiderij statum, artificis sui manu teneatur. Ex eo itaque quod creatura est, deorsum ire habet. Virtute namque propria in præceptis posse se ire considerat, sed ad creatorem suum amoris manu se retinet ne cadat, quousque ad immutabilitatem transeat, & eò verè immortaliter, quò immutabiliter viuat. *Lib. 25. Moral. cap. 5.*

Sic sic nimirum humana mens capta est, quæ in libertate arbitrij condita, dum nutrire desideria carnis appetiuit, quasi læna catulis escam quæsiuit, atque in deceptionis suæ foueam cecidit, quæ suadente antiquo hoste, ad cibum prohibitum manum intendit, sed in fouea protinus caueam inuenit: quia sponte ad mortem veniens, corruptionis suæ mox

carce-

carcerem pertulit. *Et infra:* Quæ ergo sponte sua in foueam cecidit, ad auras liberas clauſa redit: quia & per libertatem arbitrij in culpam corruit, & tamen hanc à suis moribus, conditoris gratia coactam nolentemque constringit. *Li. 9. Moral. cap. 41.*

Hom o per
libertatem
arbitrij spõ-
tè in culpã
corruit.

3. Liberum hominis arbitrium non subesse fato.

Sciendum quod Priscillianistæ nasci vnumquẽque hominem sub constitutionibus stellarum putant: & hoc in adiuto iũ sui erroris assumunt, quòd noua stella exijt cum Dominus in carne apparuit. Cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit stellam putant. Sed si Euangelij verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur: Vsq̃e dum veniens staret supra vbi erat puer. Dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit part fuit. Sed à fidelium cordibus absit vt aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hic conditor qui creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Certè cum Iacob de vtero egrediens, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfecte nequaquam egredi potuit, nisi subsequens inchoasset: & tamen cum vno tempore eodemque momento vtrumque mater fuderit, non vna vtriuſque vitæ qualitas fuit. Sed ad hoc solent Mathematici respondere, quia virtus constellationis in ictu puncti fit. Quibus è diuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permutatur, necesse iam erit, vt tot dicant fata, quot sunt membra nascentium. Fateri etiã

Error Prif-
cillianista-
rum.

Vita huma-
na neque à
stellis, neq;
à fato admi-
nistratur,
sed à solo
creatore.

Stellæ prop-
ter hominẽ,
non homo
propter stel-
las creatus
est.

Geneſ. 25.

Vtrum vir-
tus constel-
lationis in
ictu puncti
fiat, vt som-
niant Ma-
thematici.

Admodum
facetè Gre-
gorius Ma-
thematicos
excipit, eo-
rumque de
fato opinio-
nes rejicit.

Mathematici solent, quod quisquis in signo Aquarij nascitur, in hac vita piscatoris ministerium sortitur. Piscatores verò, ut fertur, Getulia nō habet. Quis ergo dicat quia nemo illic in stella Aquarij nascitur, ubi piscator omninō nō habetur. Rursum quos nasci in signo libræ asserunt, trapezitas futuros dicunt, & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorant. Fateatur ergo necesse est, aut hoc in eis signum deesse, aut effectum fatalem nullō modo habere. In Perfarum quoque Francorumque terra Reges ex genere prodeunt, quibus profectō nascentibus, quis æstimer quanti eisdem momenti horarum ac temporum ex seruili conditione nascantur? & tamen Regū filij vno eodemque sydere cum seruis nati ad regnū proficiunt, cum serui qui secum fuerant geniti, in seruitute moriantur. *Hom. 10. in Euang.*

4. *Liberum arbitrium non velut inanime quoddam nihil omninō agere, aut merè passiuè se habere, sed adiuuanti Deo cooperari posse.*

1ob. 33.

Liberavit enim animam suam ne pergeret in interitum. Quia præueniente diuina gratia in operatione bona nostrum liberum arbitrium sequimur, nosmetipsi nos liberare dicimur, qui liberanti nos Domino consentimus. Vnde Paulus cum diceret: Abundantius illis omnibus laboraui, ne labores suos sibi tribuisse videretur, illic adiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim præuenientem Dei gratiam, etiam ipse per liberum arbitrium fuerat subsecutus, aptè subiugit: Mecum; ut & diuino muneri non esset ingratus, & tamen à merito liberi arbitrij non remaneret extraneus. De hoc autem qui liberatori suo semetipsum cognoscendo consensit, rectè dicit: Liberavit animam suam,

1. Cor. 15.

suam, ne pergeret in interitum. *Libr. 24. Moralium cap. 12.*

Quia enim diuina nos bonitas, ut innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia autem Dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum se de se nihil esse conspiceret, ait: Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Ut ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait: Non ego. Ut verò se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: sed gratia Dei mecum. Munditia itaque manuum suarum innocens saluabitur: quia qui hic præuenitur dono ut innocens fiat, cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur. *Lib. 16. Moral. cap. 12.*

Gregorius. Obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerunt: sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare. *Petrus.* Probari mihi aperitum vellem, si potest prædestinatio precibus iuari. *Gregorius.* Hoc quod ego Petre intuli, concite valet probari. Certè etenim nostri quia ad Abraham Dominus dixit: In Isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat: Patrem multarum gentium constitui te. Cui rursum promisit, dicens: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam maris. Ex qua re aperte constat, quia omnipotens Deus semen Abraham multiplicare per Isaac præde-

Nota hæretice.

Obtineri nequaquam possunt, quæ ante prædestinata non fuerunt.

*Genes. 21.
Genes. 27.
Genes. 22.
& 26.*

Genes. 25.

Prædestinatio precibus impletur.

prædestinauerat, & tamen scriptum est: Deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit, cur coniugem sterilem accepit? Sed nimirum constat, quia prædestinatio precibus impletur, quando is in quo Deus multiplicare semen Abrahæ prædestinauerat oratione obtinuit vt filios habere potuisset. *Lib. 1. Dialog. cap. 8.*

5. *Cum libertate arbitrij nec pugnare Dei scientiam, nec prædestinationem.*

Bonum quod agimus & Dei est & nostrum. Dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, vnde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est, vnde nobis retribuui præmia speramus? Quia ergo non immeritò gratias agimus, scimus quod eius munere præuenimur, & rursum quia non immeritò retributionem quærimus, scimus quod subsequente libero arbitrio bona elegimus quæ ageremus. *Lib. 33. Moral. cap. 26.*

Scimus quia Iatro. de patibulo transiit ad regnū: Iudas de Apostolatus gloria est lapsus in tartarum. Rursumque quia aliquando sortes quæ cœperint non mutantur, & latronem nouimus alium peruenisse ad supplicium, & Apostolos scimus percepisse propositum quod desiderauerant regnum. Quis ergo discutiatur in qua via habitat lux, & tenebrarum quis locus sit, vt ducat vnumquodque ad terminos suos, & intelligat semitas domus eius? Vnde Paulum ex illa persecutionis sæuitia ad gratiam Apostolatus vocatum, & tamen sic inter iudi-

Astor. 9.

cia

cia occulta formidat, vt reprobari se etiam postquam vocatus est, timeat: Ait enim: Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne fortè alijs prædicās, ipse reprobus efficiat. *Et rursum:* Ego me nō arbitror comprehendisse, vnum autem quæ quidem retro sunt oblitus, ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Iesu Christo. Sequor autem si comprehendam in quo & compræhensus sum. Et certè iam de illo voce dominica dictum fuerat. Vas electionis mihi est, & tamen adhuc castigans corpus suum, metuit ne reprobetur. *Lib. 29. Moral. cap. 9.*

Cum tempus vitæ à diuina nobis præscientia sit procul dubio præfixum: quærendum valdè est, quòd iniqui ex præsentis sæculo ante tempus proprium subtrahantur? Omnipotens enim Deus & si plerumque mutat sententiam, consilium nunquam. Eo ergo tempore ex hac vita quisque subtrahitur, quo ex diuina potentia ante tempora præscitur. Sed sciendum quia creans & ordinans nos omnipotens Deus iuxta singulorum merita, disponit & terminum: vt vel malus ille breuiter viuat, ne multis bene agentibus noceat: vel bonus iste diutius in hac vita subsistat, vt multis boni operis adiutor existat: vel rursum malus longius differatur in vita, vt praua adhuc opera auget, ex quorum tentatione purgati iusti verius viuant: vel bonus citius subtrahatur, ne si hic diu vixerit, eius innocentiam malitia corrumpat. Sciendum tamen quia benignitas Dei est, peccatoribus spatium pœnitentiæ largiri. Sed quia accepta tempora non ad fructum pœnitentiæ, sed ad vsum iniquitatis vertunt, quod à diuina misericordia mereri poterant, amittunt.

Lib. 16. Moral. cap. 6.

K 4

6. Deum

1 Cor. 9.

Philip. 3.

Astor. 9.

Deus quandoq; mutat sententiam, consilium autem nunquam.

6. Deum non operari mala opera ita ut bona, verum illa permissu tantum, hac proprie & per se: vel Deum esse auctorem mali poena, non culpa, ut Scholastici loquuntur.

Iob. 38.

ET gelu de caelo quis genuit? Cum enim de Abraham natus est Caiphias, quid aliud nisi gelu de caelo processit? Quod tamen gelu idcirco Dominus genuisse se dicit, quia Iudaeos quos naturaliter ipse bonos condidit, iusto iudicio per eorum malitiam frigidus a se exire permisit. Dominus enim auctor est naturae, non culpae. Genuit ergo creando naturaliter, quos iniquos permisit vivere tolerando patienter. *Lib. 29. Moral. ca. 21.*

Deus auctor est naturae, non culpae.

Iob. 20.

(Si bona accepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?) Bona scilicet dona Dei vel temporalia vel aeterna, mala autem flagella praesentia appellans, de quibus per Prophetam Dominus dicit: Ego Dominus, & non est alter, formans lucem & creans tenebras; faciens pacem, & creans mala. Neque enim mala quae nulla sua natura subsistunt a Domino creantur: sed creare se mala Dominus indicat, cum res bene conditas male nobis agentibus in flagellum format: ut ea ipsa & per dolorem quo feriunt, delinquentibus mala sint; & per naturam qua existunt, bona. *Lib. 3. Moral. cap. 6.*

Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. *Osee 13.*

Sciendum quia mala nostra solummodo nostra sunt; bona autem nostra & omnipotentis Dei sunt, & nostra: quia ipse aspirando nos praeuenit ut velimus, qui adiuvando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possumus implere quae volumus. *Hom. 9. in Ezech. in princip.*

Iob. 12.

(Cum ipse dederit omnia in manibus eorum.) Si enim praedones sunt, violenter abstulerunt. Et dubium

bium non est, quia violentorum non sit adiutor Deus. Quomodo igitur ipse dat, quod hi qui praedones sunt, nequiter tollunt? Sed sciendum est, quia aliud est quod omnipotens Deus misericorditer tribuit, aliud quod iratus haberi sinit. Nam quod praedones peruersè faciunt, hoc dispensator aequissimus fieri non nisi iuste permittit, ut & is qui rapere sinitur caratus mente, culpam augeat: & is qui rapinam patitur, iam in eiusdem rapinae damno pro alia quam ante perpetravit culpa, feriatur. *Lib. 11. Moralium cap. 1.*

7. Per liberum arbitrium sine gratia Dei, hominem nullo modo posse coram Deo iustam vitam inchoare aut perficere.

SCiendum quia nullus haec (bona scilicet opera) pro amore omnipotentis Domini, ex toto corde agere praevaleret, nisi is cuius animum Spiritus sanctus assumpserit. Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terrena despiciere, caelestia amare, pacem cum Deo quaerere, secum rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, & gemitibus punire? Nullus haec agere nisi quem diuina gratia roborauerit, valet. Vnde & subditur: Manus enim Domini erant mecum, confortans me. Ad bona quippe assurgere perfecte non possumus, nisi nos Spiritus & praeueniendo eleuet, & subsequendo confortet. *Hom. 10. in Ezech. in fine.*

(Et ingressus est in me Spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me super pedes meos.) Ecce diuina vox iacenti Prophetae iussit ut resurgeret. Sed surgere omnino non posset, nisi in hunc omnipotentis Dei Spiritus intrasset: quia ex omnipotentis Dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed haec

Sine diuina Spiritus gratia, nemo charitatem Dei habere potest.

Ezech. 3.

Ezech. 20.

Sine omnipotentis Dei gratia bona

opera perficere non possumus. *Philip. 2.*

1. Ioan. 15.

1. Cor. 15.

Cooperatores oportet nos esse gratiæ Dei, ut illam excitantem, iuuantem, & quotidie prouidentem vigilanter subsequamur.

Job. 38.

implere non possumus, si ipse non adiuvat qui iubet. Sic Paulus cum discipulos admoneret dicens: Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem operamini; illicd quis in eis hæc ipsa bona operatur adiunxit, dicens: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit: Sine me nihil potestis facere. Sed in his considerandum, quia si bona nostra sic omnipotentis Dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem quærimus? Si autem ita nostra sunt, ut dona Dei omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra, solummodo nostra sunt: bona autem nostra, & omnipotentis Dei sunt & nostra: quia ipse aspirando nos præuenit ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed possumus implere quæ volumus. Præueniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente hoc quod omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat, dicens: Plus illis omnibus laboravi. Qui ne sua videretur virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim cælesti dono præuentus est, quasi alienum se à bono suo opere agnouit: Non autem ego. Sed quia præueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quod libero arbitrio eandem gratiam est subsequutus in opere, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Ac si diceret: In bono opere laboravi, non ego: sed & ego. In hoc enim quod solo Domini dono præuentus sum: non ego. In eo autem quod donum voluntate subsequutus: & ego. Hæc igitur breuiter contra Pelagium & Cælestinum dicta sint. *Hom. 9. in Ezech. in princ.*

[Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?] Ac si iustificato peccatori aperte veritas dicat: virtutes à

tes à me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli. Recole vbi te inueni, quando meo timore prima in te fundamenta virtutum posui. Recole vbi te inueni, quando meo te timore solidavi. Ut ergo in te non destruiam quod construxi: ipse non cesses considerare quod reperi. *Lib. 28. Moral. cap. 10.*

In Psalms dicitur: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Nisi enim vasa iræ fecisset vasa misericordiæ, nemine ab illa perditionis massa cõuerfatio sancta discerneret, neminem à pœna perpetuæ mortis iustitia propria liberaret. Constat ergo quia quibus misericorditer tribuit ut in hac vita bene operentur, eis misericordius largitur ut in æterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur. Hæc est gratia quam pro gratia dandam sanctis Dei Apostolus perhibet, ut quibus in hac vita diuinitus datur gratia sanctificationis, eis ex hac quoque in futuro detur gratia æternæ felicitatis. In *Psal. 7. penit.*

3. *Duplicem esse gratiam Dei, generalem ac specialem: præuenientem item & adiuantem.*

Nemo ut diuina illi gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando præuenimus, vbi est quod Propheta ait: Misericordia eius præueniet me? Si quid nos bonæ operationis dedimus ut eius gratiam mereremur, vbi est quod Apostolus dicit: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est non ex operibus? Si nostra dilectio Deum præuenit, vbi est quod Ioannes Apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos? Vbi est quod per Osee Dominus dicit: Diligam eos spontaneè? Si sine eius munere nostra virtute Deum sequimur, vbi est quod

Ioh. 15.

quod per Euangelium veritas protestatur, dicens: Si ne me nihil potestis facere? &c. Et paulo post: Si ergo & electi præuenientem se gratiam sequuntur, & reprobi iuxta quod merentur accipiunt: & de misericordia inueniunt electi quod laudent, & de iustitia non habent reprobi quod accusent. Bene itaque dicitur: Quis ante dedit mihi vt reddam ei? Ac si aperte diceretur: Ad parcendum reprobis nulla ratio accipellor: quia eis debitor ex sua actione non teneor. *Li. 33. Moral. cap. 25.*

Iob 28.

Superna gratia nos ex indignis dignos facit.

(Et ros morabitur in messione mea.) Ros namque desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros morabitur in messione: quia gratia desuper veniens agit, vt digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum fecimus. Vnde rectè quoque per Paulum dicitur, Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Si enim quæratur quid sit ros desuper veniens, ait: Gratia Dei sum id quod sum, Si intueamur messem sub rore crescentem, ait: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. *Libr. 19. Moral. cap. 27.*

1. Cor. 15.

De hoc quoque artic. vi de libr. 16.

Moral. c. 12.
& hom. 9.
in Ezech.

9. *Liberum arbitrium à gratia non destrui, sed sanari, inuari, & perfici.*

Psal. 142.

Anima mea sicut terra sine aqua tibi.) Quasi enim terra sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra quæ imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abundat messe: sic anima gratia carens non operitur virtutibus, non cogitat de cælestibus, non insistit vtilibus. Vitiato namque in primo parente libero arbitrio, iam nec velle quidem bonum possumus, nisi illius gratia adiuemur, apud quem gressus hominis diriguntur. Scriptum quippe est: Præparatur voluntas à Domino, &c. *In 7. Psal. penit.*

CAPVT

CAPVT TERTIVM, De Fide & Operibus.

1. Quid sit Fides.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: vnde profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, sed agnitionem. Dū ergo vidit Thomas, dum palpauit, cū rei dicitur: quia vidisti me credidisti? Sed aliud vidit, aliud credit. Mortali quippe homine diuinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & Deum confessus est, dicens: Dominus meus & Deus meus. Videndo ergo credit, qui considerando verum hominem, hunc Deum quem videre non poterat, exclamauit. *Homil. 26. in Euang.*

2. Fidem humano iudicio estimandam non esse.

Sciendum est, quia diuina miracula & semper debent considerari per studium, & nunquam discutiti per intellectum. Sæpe namque humanus sensus dum quarundam rerum rationem quærens non inuenit, in dubitationis se voraginem mergit. Vnde fit vt nonnulli homines mortuorum corpora considerent, dumque resurrectionis vim colligere ex ratione non possunt, hæc ad statum pristinum redire posse desperant. Mira igitur quæ ex fide credenda sunt, per scrutanda per rationem non sunt, quia si hæc nostris oculis ratio expanderet, mira non essent. *Lib. 6. Moral. cap. 6.*

Cum Paulus dicat: Est enim fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: hoc

*Heb. 11.
Definitio
fidei.*

*Diuina miracula fide
credi, non
ratione discutiti
debeant.*

hoc

Fides huma-
nis oculis
non est sub-
iecta.

hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Ut tamen te breuiter redactam ad te, nulla visibilia nisi per inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corpora oculis tui corporis aspicit, nec tamen ipse corporeus oculus aliquid corporeum videret, nisi hunc res incorporea ad videndum acuerit. Nam tolle mentem que non videtur, & in cassum patet oculus qui videbat. Subtraha animam corpori, remanent procul dubio in corpore aperti. Si igitur per se videbant, cur discedente anima nihil vident? *Lib. 4. Dial. cap. 5.*

Sciendum nobis est quod diuina operatio si ratio ne comprehenditur, non est admirabilis. Nec fides habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum: *Homil. 26 in Euang. in princip.*

* Hanc propositionem usurpata ab his qui negabant rationes humanas ad confirmationem diuinorum: inducenda esse Diuus Thomas in secunda secunde elucidat his verbis: Gregorius hoc dicens loquitur in casu illo, quando homo non habet voluntatem credendi ea que sunt fidei, nisi propter rationem inductam. Quando autem homo habet voluntatem credendi ea que sunt fidei ex sola auctoritate diuina, si habeat rationem demonstratiuam ad aliquid eorum, puta ad hoc, quod est Deum esse, non propter hoc tollitur aut diminuitur meritum fidei.

Resurrectio-
nem huma-
norum cor-
porum fide
apprehen-
dedam esse.

Multi de resurrectione dubitantes, sicut & nos aliquando fuimus, dum carnem in putredinem ossa que in puluerem redigi per sepulchra conspiciunt, reparari ex puluere carnem & ossa diffidunt. Sic que apud se quasi ratiocinantes dicunt. Quando ex puluere homo reducitur? quando agitur vt cinis animetur? Quibus breuiter respondemus: quia longe minus est Deo reparare quod fuit, quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex puluere reficere, qui simul omnia ex nihilo creauit?

Mira-

Mirabilis namque est cælum & terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis atteditur & in carnem posse redire desperatur: & diuinæ operationis virtus comprehendere quasi ex ratione queritur. *Et post pauca.* Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem querit, earum rerum ei quaestiones inferendæ sunt, quæ & incessanter fiunt, & tamen ratione comprehendere nequaquam possunt: vt dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione diuinæ potentia credat quod audit. *Homil. 26 in Euang.*

3. Fidem rectam ad salutem esse necessariam.

ET exultabit lingua mea iustitiam tuam.] *Iu. Psal. 50. Genes. 15.* Fides Dei est, sicut scriptum est: Creditur Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, quia iustus ex fide viuuit. Si ergo iusti vita, fides est, consequens est eandem fidem esse iustitiam, sine qua quisque esse iustus non potest. Hanc itaque Dei iustitiam ille cum exultatione enuntiat, qui nec mundi huius copiam cupiens, nec inopiam metuens, omnem hæreticam prauitatem impugnat. *In 4. Psal. penitent.*

Gregorius: A uadaciter dico: quia sine fide neque infidelis viuuit. Nam si ab infideli percunctari uolueris quæ patrem vel quam matrem habuerit, protinus respondebit illum atque illam. Quem si statim requiram verum ne nouerit quando conceptus sit, vel viderit quando natus: nihil horum se vel nosse vel vidisse fatebitur, & tamen quod non vidit credit. Nam illum patrem, illam que se habuisse matrem ab seque dubitatione testabitur. *Petrus.* Fateor, quia nunc usque nesciui quod infidelis haberet fidem. *Gregorius.* Habent etiam infideles fidem, sed vtinam in Deum: quam si utique haberent infideles non essent.

Sed

Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt, hinc ad fidei gratiam prouocandi; quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod minimè viderunt, cur inuisibilia non credunt, quæ corporaliter videre non possunt. *Lib. 4. Dial. cap. 2.*

4. *Fidem non ita esse donum Dei, vt propter voluntatis motum, non sit pariter & liberi arbitrij.*

160h.3.

Bene per Ioannem dicitur: Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quò vadat. Vocem enim Spiritus audire, est vim compunctionis intimæ in amorem inuisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit vnde veniat, quia ignoratur per ora prædicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quò vadat: quia cum vnam prædicationem multi audiunt, intelligi procul dubio non potest quem deferens abiciat, aut cuius ingrediens in corde requiescat. Vna quippe foris agitur, sed non per hanc vno modo intuenti corda penetrantur: quia qui inuisibiliter visibilia modificat, in humanis cordibus causarum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quod resuscitato Lazaro multi crediderunt, sed tamen Iudeorum plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resurrectione commoti sunt. Vnum ergo idemque miraculum quod alijs lumen fidei præbuit, alios per inuidiæ tenebras à lumine mentis excæcauit. Hinc est quod vterque latro & eandem & suæ morti similem mortem redemptoris vidit, sed eum superbiendo alter contumelijs laceffere non timuit, quem timendo alter honorauit, atque in vna re vna vtriusque cogitatio non fuit: quia hanc internus arbiter inuisibiliter modificando distinxit. *Lib. 27. Moral. cap. 16.*

160h.11.

Fides non necessitas, sed voluntatis & liberi arbitrij res est.

1. *Quomodo fides, spes, charitas inter se affecta sunt, & fides à charitate perficiatur.*

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, *Cantic. 4.* veni coronaberis. Quid est quòd ter dicitur, *Ecclesia tribus virtutibus Cardinalibus debet esse munita.* Veni, nisi quia in fide, & in spe, & in charitate quicquid operatur subsistit: vt his tribus munita virtutibus robur habeat; per quod in via non lassescat: De fide enim dicitur: Fide mundans corda eorum. *Affor. 15.* Et iterum: Sine fide impossibile est placere Deo. De spe autem dicitur: Non confundentur omnes qui sperant in te Domine Cui iterum dicitur: Quis enim in te sperauit, & derelictus est? De charitate autem dicitur, Charitas operit multitudinem peccatorum: Et iterum: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum; & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et Ioannes Apostolus: Deus charitas est. *In 4. caput Cantic.*

Signetur per portam fides, per atrium charitas, per locum verò qui ad faciem vestibuli portæ interioris propinquat figuretur spes: sine quibus tribus virtutibus quisquis iam vti ratione potest, ingredi ad caeleste ædificium non potest. Habeatur ergo fides in porta, quia introducit ad intelligentiam: Charitas in atrio, quia mentem dilatat in amorem: Spes in loco quinquaginta describitur cubitis, quia per desideria atque suspiria introducit animum ad secreta gaudia quietis. De qua quiete etsi adhuc sicut est veritatis lumen non cernimus, iam tamen per rimas intelligentiæ aliquid videmus. *Homil. 17. in Ezechiel. serè circa finem.*

Sancta Ecclesia, id est spirituale ædificium, vt ad secreta gaudia pertingat, tres solum modo portas habet, videlicet fidem, spem atque charitatem. Vnam ad Orientem, aliam ad Aquilonem, tertiam ad Meri-

Fides cum sit inania salutis introductur ad intelligentiã: charitas mentem in amorem dilatat, spes ad secreta gaudia mentem introductur.

1. Cor. 3.

1. Pet. 4.

Affor. 15.

Hebr. 11.

diem. Porta quippe in Oriente est fides, quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad Aquilonem spes, quia unusquisque in peccatis positus, si de venia desperauerit, funditus perit. Unde necesse est ut qui per suam iniquitatem extinctus est, per spem misericordiae reuiuifcat. Porta ad Meridiem charitas, quia igne amoris ardet. In meridiana etenim parte Sol in altum ducitur, quia per charitatem lumen fidei in proximi & Dei dilectione subleuatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur, quia per fidem, spem atque charitatem ad gaudia secreta peruenitur.

Hom. 29. in Ezzech.

Iob. 1.

(Et mittentes vocabant tres sorores suas ut comederent & biberent cum eis.) Cum virtutes nostrae in omne quod agunt, spem, fidem & charitatem sciunt quasi operantes filij, tres ad conuiuium sorores vocant: ut fides, spes, charitas in opus bonum gaudeant, quod vnaquæque virtus administrat. Quæ quasi ex cibo vires accipiunt, dum bonis operibus fidentiores fiunt, & dum post cibum contemplationis non infundi appetunt, quasi ex poculo ebriantur. *Lib. 1. Moral. cap. 33.*

(Et mensus est atrium longitudinem centum cubitorum, & latitudinem centum cubitorum per quadrum.) Sæpe iam per longitudinem, longanimitas spei: per latitudinem verò, charitatis amplitudinem diximus signari. Centenarius autem numerus, in quo denarius decies ducitur quod summam perfectionis signet, plenè superius dictum est. Quid est igitur atrium spiritualis ædificij, nisi amplitudo fidelium populorum? Ipsa autem longanimitas spei & latitudo charitatis vacua in cordibus fidelium non est. Nam per fidem quicquid valet operatur. Unde & per Paulum dicitur: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta

Galat. 5.

quæ-

quendam modum per singulos perfecta est longanimitas spei, perfecta latitudo charitatis, perfecta certitudo fidei, perfectum studium operationis, atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latus maius est, atque aliud minus: sed cuncta simul quatuor latera æquali spacio tenduntur: quia & ipsas eadem virtutes quas diximus, fidem scilicet, spem, charitatem atque operationem quam diu in hac vita viuimus, æquales sibi esse apud nosmetipsos inuenimus. Idcirco autem maior spe & fide charitas dicitur, quia postquam ad authoris nostri speciem peruenitur, spes quidè & fides transit, sed charitas permanet. Nā nunc & quantum credimus, tantum amamus: & quantum amamus, tantum de spe præsumimus. *Hom. 22. in Ezzech.*

6. Eandem fidem esse antiquorum Patrum ante aduentum Christi, & nostram.

Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. Tunc quippe diè Domini Abraham vidit, cum in figura summæ Trinitatis, tres Angelos hospitio recepit: quibus profectò susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis est, in natura unitas diuinitatis est. *Hom. 18 in Euan.*

Vna est Ecclesia electorum præcedentium atque sequentium. Sed tamen quia discipulis dicitur: Multi reges & Prophetae vouerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: antiquis Patribus quasi foris stitisse est, redemptoris nostri præsentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur, sed tamen non diuif à sancta Ecclesia fuerunt: quia mente, opere, prædicatione, ista iam fidei sacramenta tenuerunt, istam sanctæ Ecclesiæ celsitudinem conspexerunt, quem nos non adhuc præstolando, sed iam habendo conspiciamus. Sicut enim nos in præterita passione redemptoris nostri, ita illi per fidem in eadem ventura, sunt saluati, &c. *Vide verba præcedentia et sequentia. Fl. 11. in Ezzech.*

Cur charitas dicatur maior fide & spe?

Ioan. 8.

Genes. 8.

Lucæ 10.

Iob. 9.
Aquilæ nã-
tura.

[Sicut Aquila volans ad escam.] Moris quippe est Aquilæ, vt irreuerberata acie radios solis aspiciat, sed cum refectionis indigentia vrgetur, eandem oculorum aciem quam radijs solis infixerat, ad respectu cadaveris inclinat: & quamuis ad alta volet, pro sumendis tamen carnibus terram petit. Sic videlicet sic antiqui Patres, qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat, Creatoris lucem erecta mente contemplati sunt: sed incarnandum hunc in mundi fine præscientes, quasi à solis radijs, ad terram oculos deflecterunt. Et quasi de summis ad ima veniunt, dum hunc Deum supra omnia, & hominem infra omnia agnoscunt: quem pro humano genere dum passuri moriturumque conspiciunt, qua scilicet morte semetipsos refici atque reformari ad vitam nouerunt, quasi more Aquilæ post contemplatos solis radios in caduere escam quærent. *Lib. 9. Moral. cap. 23.*

CAPVT QVARTVM De Iustificatione.

1. Hominem suis operibus qua vel per humanam natura vires, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia coram Deo iustificari non posse.

Quid autem nos dedimus, vt hanc sapientiam qua Christus est percipere mereamur? Gratia quippe redempti sumus. Illa namque sola opera male viuendo dedimus, quibus si iusta retributio seruaretur, non Christus sed supplicia redderentur. Sed aliud homo per iustitiam meruit, aliud per gratiam accepit. Testatur Paulus, priusquam mens illius semen gratiæ veritatis acciperet, quibus sentibus

Rom. 11.

Non in operibus nostris, sed in gratia Christi fiduciam omnem collocanda.

preme-

premebatur erroris: Qui prius, inquit, fui blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Testatur pro qualibus Christus mori dignatus est: Cum adhuc, inquit, peccatores essemus, secundum tempus Christus pro impijs mortuus est. Qui ergo veniente sapientia impij inuenti sumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eandem sapientiam meremur: Huius itaque sapientia homo precij necit: quia quisquis à brutis animalibus rationis intellectu discretus est, quoniam quod suis meritis non sit saluatus, intelligit: nihil se dedisse boni operis vt ad fidem veniret, agnoscit. Quasi enim ad percipiendam sapientiam dare, est cognoscendum Deum actionis suæ mercede præuenire. Non esse huius sapientia prætium cognouerat, qui dicebar: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Hinc iterum scriptum est: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus vt ne quis gloriatur. Hinc de semetipso iterum loquitur, dicens: Gratia Dei sum id quod sum. *Lib. 18. Moral. ca. 24.*

Sed sunt nonnulli qui saluos se suis viribus exultant, suisque præcedentibus meritis redemptos se esse gloriantur. Quorum profecto assertio inuenitur sibi metipso contraria: quia dum & innocentes se assertunt, & redemptos, hoc ipsum in se redemptionis nomen euacuant. Omnis namque qui redimitur, ex aliqua procul dubio captiuitate liberatur. Vnde ergo quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub culpa captiuus? Liquer itaque quia multum desipit quisquis hæc sapit. *Lib. 18. Moral. cap. 25.*

Ecce diuina voce ad beatum Iob dicitur quod sua dextera non saluetur, & tamen nonnulli hominum qui ab huius viri viribus longè sunt, despecto Dei adiutorio, sua se fortitudine saluari posse confidunt. Pro quibus quid deprecari aliud debemus, nisi vt si

1. Tim. 1.

Rom. 11.

Ephes. 2.

1. Cor. 15.

Sine labore nostro, sola gratia Christi peccata nobis dimissa sunt.

Nemo suis viribus saluatur.

iam dona bonorum operum perceperunt, hoc quoque donum accipiant, ut à quo hæc acceperint dicant: *Libr. 32. Moralium cap. 9.*

Sanctissim⁹
quisque iu-
stitiam quã
habet, non
suis meritis
sed diuinæ
misericordie
ascribit.

Bene per egregium prædicatorem dicitur. Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum, de corruptibili stirpe se editos & non virtute propria, sed præueniente superna gratia ad meliora se vota vel opera commutatos: & quicquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum: quicquid vero in se boni inspicunt, immortalis gratiæ cognoscunt donum, eique de accepto munere debitores fiunt, qui & præueniendo dedit eis bonum velle quod noluerant, & subsequendo concessit bonum posse quod volunt. *Lib. 22. Moral. cap. 9.*

Job. 32.

Et post pauca: Beatus ergo Iob, quia sic bona que operatus est narrat, ut tamen hæc suæ operationi non tribuat, sed ad authoris laudem recurrit, manus suam ore suo osculatum fuisse se denegat: Ac si patenter dicat, Ego mea opera tanquam mea non profero, quia authoris sui gratiam negare conuincitur, quicquid sibi tribuit quod operatur. *Ibidem.*

2. *Libertum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, posse Deo vocanti & excitanti ut iustificationem consequatur assentiri, & eidem etiam repugnare.*

Luc. 8.
Homines
posse obdu-
rare corda
sua, ut ver-

SI quis habet aures audiendi audiat.] Omnes enim qui illic aderant, aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus, si quis habet aures audiendi audiat, dicit: Aures procul dubio cor-

dis

dis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure permaneat. Curate ne semen iuxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat, & à memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat, & fructum boni operis sine perseverantiæ radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt, sed mox, ut fatigari aduersitatibus ceperint, inchoata derelinquunt. *Hom. 15. in Euang.*

Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ pœnitentiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad feriendum vertit, ut quia reuerti quis etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad ratum augeat, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Vnde scriptum est: Ignoras quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit? secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei. De benignitate ergo omnipotentis Dei iram sibi in die iræ reprobis thesaurizat: quia dum ad pœnitendum tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens Deus quia collata remedia conspicit ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem quam contulit, iniudicii districtiorem vertit, ut inde post amplius feriat, vnde modò amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult ut viuat, auget vnde moriatur. *Hom.*

11. in Ezech.

L. 4

3. Timo.

bum Dei in
ipsis nõ fru-
ctificet.

Gratia Dei
omnibus of-
feritur: quod
autè à mul-
tis refutetur
ipsum est
nequitia: &
quod à mul-
tis suscipi-
tur & gratia
est diuinæ
& humanæ
voluntatis.
Rom. 2.

3. *Timorem diuina iustitia non esse malum, neque facere peccatores deteriores.*

Quisquis igitur aeternitatis desiderio anxius, apparet venturo iudici desiderat mundus, tanto se subtilius nunc examinat, quanto nimirum cogitat vt terrori illius liber assistat, & ostendi sibi exorat vbi displicet, vt hoc in se per poenitentiam puniat, scque hic dijudicans, iniudicabilis fiat. *Lib. II. Moral. cap. 23.*

Iob. 17.

Dum humana mens diuini iudicij seueritatem mente pertractat, paulatim se poenitentia operibus accommodat.

(Spiritus meus attenuabitur.) Attenuatur spiritus timore iudicij, quia electorum mentes quod amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilius contremiscunt, & si quas in se carnales vnquam cogitationes inueniunt, poenitentia ardore consumunt, nec cogitationes suas dilatarum carnali voluptate permittunt, quia eo semetipsas dijudicantes subtilius feriunt, quo distridum iudicem praesto lantur vicinum. Vnde fit vt propinquum sibi semper exitum suspicentur. Nam reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia hic se viuere diutius arbitrantur. *Li. 13. Moral. cap. 5.*

Iob. 23.

(Ponam coram eo iudicium, & os meum reprobis increpationibus.) Coram Deo iudicium ponere est intra secretum mentis per fidei contemplationem ad tremendum examen maiestatis illius oculos infra considerationis aperire, quid peccator honorare attendere, & occultus nunc & tacitus iulex quam terribilis post appareat considerare. Ex qua agit vt ad cognitionem sui anima subtilius reuertetur, & quod occultum iudicem suum magis terribilem videt, eo de suis actibus formidolosius anguitur. *Lib. 16. Moral. cap. 14.*

1. Reg. 11.

(Nolite recedere a tergo Domini.) Poenitentis nunc tunc bene dirigitur, si diuina iudicia metuat, & de Dei omnipotentis miseratione confidat. Timor qu-

quidem sine spe in desperationem praecipitat, sed quaeritur spei coniungitur, salutem mentis operatur. Quare & summo studio inuigilare optimus doctor debet, vt peccantem terreat, & terrum ad veniam spem reducat, quatenus per metum peccare desinat, & per spem impetranda indulgentia diuinae misericordiae portum quaerat. *In cap. 11. lib. 1. Reg.*

(Igitur seruite Domino, & time te eum in veritate, & ex toto corde vestro.) Haec quidem via bona & recta est, quia ad aeternam vitam tendit, & velociter peruenit. Per timorem quippe domini deuitantur mala: seruendo ei, eius mandata complentur. Cui nimirum in veritate seruimus, quando eius praeccepta pro sola superna retributione perficimus. *Ibidem circa finem capituli.*

1. Reg. 11.

Per timorem Domini mala deuitantur.

4. *Fidem esse radicem & velut fundamentum omnis iustitiae.*

Sicuti rami sine virtute radice arcescunt, ita opera quantumlibet bona videantur, nulla sunt, si a soliditate fidei disunguntur. *Lib. 3. Epist. cap. 33.* (Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.) Iustitia Dei fides est, sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, quia iustus ex fide viuunt. Si ergo iusti vita fides est, consequens est eandem fidem esse iustitiam, sine qua quisque esse iustus non potest. *In 4. Psal. poenitent.*

Potest per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus & portam: quia prius ad fidem venimus, vt postmodum per spiritualium donorum gradus, caelestis vitae aditum intremus. Non enim virtutibus venit ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio cuius elemosinae ante baptismum angelo testante laudatae sunt, non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera. Nam & ei per angelum dicitur: Orationes tuas &

Prius ad fidem venimus, quam ad virtutum gradus consequamur.

1. Cor. 10.

Fides ipsa
opera præce-
dere debet:
nam per fi-
dem ad ope-
ra venit,
non autem
e contra.
Heb. 11.

Opera ho-
minem in
fide conso-
lidant.

Psal. 39.

Rectam fi-
dem recta
subsequi de-
bet opera-
rio.
Affor. 9.

eleemosynæ ascenderunt in conspectum Dei. Si enim Deum verè & ante baptismum non crederat, quid orabat? vel quomodo hunc omnipotens Deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici petebat? Sciebat igitur creator omnium Deum, sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum namque est: Sine fide impossibile est placere Deo. Fidem ergo habuit cuius operationes & eleemosynæ placere potuerunt. Bona autem actione promeruit ut Deum perfectè cognosceret, & incarnationis eius mysterium crederet, quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. *Hom. 19. in Ezech.*

5. Fide sola impium non iustificati.

Rectè per Psalmistam dicitur: Eduxit me lacu miseriæ, & de luto fœcis: statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticum nouum, hymnum Deo nostro. Prius enim de luto prauitatis educitur, ut eius pedes per fidem in petra solidentur. Sed quia rectam fidem, recta subsequi debet operatio, gressus eius directi sunt, ut post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam nouum canticum prædicationis. Sic Saulus dum superbe Damascum pergeret, redemptoris voce prostratus iacuit: & qui prædicator futurus erat, non tamen mox ut prædicaret quod viderat audiuit, sed ei iacenti dicitur: Ingrederere in ciuitatem, & dicetur tibi quid oporteat facere. *Et paulo post.* Sicut enim duobus modis à Deo receditur, ita duobus modis à Deo Apostatæ homines fiunt. Nam vnusquisque à conditore suo aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo qui à fide

fide recedit, apostata est: ita qui ad peruersum opus quod deseruit redit, ab omnipotente Deo Apostata absque vlla dubietate deputabitur, etiamsi fidem tenere videatur. Vnum enim sine altero nil prodesse valet: quia nec fides sine operibus, nec opera adiuuant sine fide, nisi fortasse pro fide percipienda fiant, sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audire, quàm fidelis existeret. Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebat. *Hom. 9. in Ezech.*

(Expectet lucem, & non videat.) Nox quippe illa, ille videlicet tenebrosus hostis in membris suis lucem expectat, & non videbit: quia vel hi qui fidem sine operibus retinent, cum pro eadem fide in extremo iudicio saluari se posse confidunt, spes eorum frustrabitur, quia hanc malè viuendo demoliti sunt, quam confitendo tenuerunt, vel hi qui pro humana laude in bona actione se exhibent, incassum à veniente iudice retributionem bonorum operum sperant, quia dum hæc in ostensionem faciunt laudis, iam præmium ab humano ore receperunt. *Lib. 4. Moral. cap. 14.*

Quid est, quod dicit: Porta peccatum meum, nisi quia & peccatorum dulcedinem in se ipsis excipiunt, sed onerare prælatos onere eorundem peccatorum volunt: Quidam etiam spontè ad confitendum veniunt, sed pro quibus se accusant, non ipsi lugent, sed poenitere alios obsecrant, fide sola saluari æstimant, per poenitentiam reuertere abie-

cti non curant. *In cap. 15. lib.*

1. Reg.

Nec fides sine operibus, nec opera adiuuant sine fide.

Affor. 10.

Iob. 3.

Inutilis est fides ad salutem consequendam sine bonis operibus.

6. Homi-

6. *Hominem semel iustificatum posse iterum peccare, & gratiam amittere.*

Considerandum nobis est, quàm timendum sit omnipotentis Dei iudicium, qui per famulum suum Moysen tot signa faciebat, cuius culpa longo adhuc tempore seruabat in cogitatione. Igitur frater charissime, si & illum agnoscimus post signa pro culpa mortuum, quem omnipotenti Deo nouimus præcipuè electum, quanto nos debemus mortu contremiscere, qui necdum adhuc nouimus si electi sumus? *Lib. 9. Epist. cap. 59.*

Dauid vir secundum cor Dei per ad ulteriu gratiam perdit, quâ peccando recuperauit.

1. Reg. 19.

De statu suo Dauid cadente, nemo superbiat; de lapsu etiam suo Dauid surgente, nemo desperet. Ecce quàm mirabiliter scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat. *Lib. 33. Moral. cap. 15.*

An ante diuinos oculos Saul fornum non erat, de quo Samuel Propheta populo dicebat: Certè videtis quem elegit Dominus; & de quo paulo superius dicitur, electus & bonus: Quem enim peccans populus meruit, & apud Deum reprobus extitit, & tamen caesarum ordinè electus & bonus fuit. *Lib. 32. Moral. cap. 10.*

Videamus, Dauid ille quantum mons altus fuerit, qui tanta Dei mysteria Prophetico spiritu valuit contemplari: sed aspiciamus quàm subito casu defluxit, qui dum in solatio deambulans, alienam coniugem concupiuit, & abstulit: eiusque virum cum damno sui exercitus interemit, repentino casu mons cecidit, cum mens illa mysterijs cælestibus affueta, inopinata tentatione deuicta est, tamq; in manifestissimâ turpitudini subacta. *Lib. 12. Moral. cap. 12.*

3. Reg. 11.

Salomon immoderato vsu atque assiduitate mulicium ad hoc perductus est, vt templum idolis fabricaret: & qui prius templum Deo construxerat, assiduitate

aduitate libidinis, etiam perfidiæ substratus, idolis cõstruere templa non timuit. Sicque factum est vt affidua carnis petulantia, vsque ad mentis perfidiam perueniret. *Ibidem.*

7. *Iustificatum à gratia Dei excidere posse, nec de sua perseverantia quemquam sine diuina reuelatione certum esse posse.*

Indica mihi si nosti omnia, in qua via habitat lux, & tenebrarū quis locus sit?] Ac si dicatur ei: Si plenam te habere scientiam suspicaris, dic vel in cuius corde ea quæ nunc deest innocentia veniat, vel in cuius corde ea quæ nunc est malitia perseueret. In qua via habitat lux, id est cuius mentem veniens iustitia impleat, & tenebrarum quis locus sit, id est, in quo iniquitas cæcâ perduret, vt ducas vñumquodque ad terminos suos, id est, vt diiudices si vel is qui nunc iniquus cernitur in iniquitate vitam finiat, vel is qui iustus cernitur, extremitatem vite suæ cum iustitiæ perfectione concludat, & intelligas semitas domus eius, id est consideres atque discernas vel cui bona actio perseuerans æternam mansionem præstet in regno, vel quem vsque ad terminum suum actio praua confringens in æternum damnet supplicium. Domus quippe pro mansionem ponitur, semita pro actione. Semita igitur ad domum ducit, quia actio ad mansionem pertrahit. *Lib. 29. Moralium cap. 9.*

Multos videmus quotidie qui iustitiæ luce respiciunt, & tamen ad finem suum nequitia obfcuritate tenebrantur: & multos cernimus peccatorum tenebris obuolutos, & tamen iuxta vitæ suæ terminum repente reddi luci iustitiæ liberos. Multos etiam nouimus semel inuentam viam iustitiæ illibatè vsque

Tob. 33. Sciri ab solure non potest, vt nunc is qui nunc bonus est, aliquando malus sit futurus: & qui nunc malus est, bonus.

ad mortem tenuisse, & plerosque conspeximus vsq; ad exitum cœpta semel crimina sine cessatione cumulasse. Quis verò inter ista occultorum iudiciorum nubila, mentis suæ radium mittat, vt aliqua consideratione discernat vel quis perdetur in malo, vel quis perseueret in bono, vel quis ab infimis conuertatur ad summa, vel quis à summis reuertatur ad infima? Latent hæc sensus hominum, nec quicquam de curi iustitiam sine cognoscitur: quia diuinorum iudiciorum abyssus humanæ mentis oculo nullatenus penetratur. Videmus namque quod aduersa Deo gentilitas iustitiæ luce perfusa est, & Iudæa dudum dilecta, perfidiæ est nocte cæcata. Scimus etiam quod iatro de patibulo transiit ad regnum, Iudas de Apostolatus gloria est lapsus in tartarum. *Ibidem.*

Quod verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit, importunam se mihi existere, quo adusque scribam mihi esse reuelatum quia peccata tua dimissa sunt, rem & difficilem etiam & inutilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia secunda peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida meruere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apostolus iam ad tertium cælum ascenderat, in paradysum quoque ductus fuerat, arcana verba audiuerat, quæ homini loqui non liceret, & tamen adhuc trepidans dicebat: Castigo corpus meum, & seruituti subijcio, ne forte alijs prædicans, ipse reprobos efficiar. Adhuc timet qui iam ad cælum ducitur, & iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia quia mater negligentia solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris. Scriptum est enim: Beatus

Diuinorum
iudiciorum
abyssus, hu-
manæ men-
tis oculo,
nullatenus
penetratur.

Nemo de
peccatis suis
securus esse
debet, sed
semper cum
timore &
tremore sa-
lute tuam
operari.
2. Cor. 12.
1. Cor. 9.

Mater negli-
gentia solet
esse securi-
tas.

vir

vir qui semper est pavidus. Et rursum scriptum est: *Ser. Prou. 28.*
vite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. *Psal. 2.*
Lib. 6. Epist. cap. 186.

Quid est quod scriptura sacra denunciat: Ignorat *Eccl. 9.*
homo vtrum odio vel amore dignus sit. Item quæ-
stionis suæ fructum Propheta denunciat, dicens: In-
uenit seruus tuus cor suum. Si vix inuenire cor san-
cti possunt, nosmetipsos inquirere qua temeritate
cessamus? Sed fortasse nec Propheta potuit, quia sub-
iunxit: vt timeat te. Inueniret vtique cor suum si ple-
niter cognouisset, odio an amore dignus existeret.
In cap. 14. lib. 1. Reg.

Quia iudicium omnipotentis Dei imperferabili
le est, vnde veniat, & quò vadat homo nescit: quia sci-
ri non potest, an quis in gratia quam recipit perse-
uerare in perpetuum debeat. *In cap. 16. libr. 1.*
Regum.

Nemo cer-
tus esse po-
test, se in gra-
tia semper
perseueratu-
rum.

(Multi sunt vocati, pauci verò electi.) Tremendum
est valdè, fratres charissimi, quod audiuius. Ecce
nos omnes iam vocati per fidem ad cælestis regis nu-
ptias venimus, incarnationis eius mysterium & cre-
dimus & confitemur, diuini verbi epulas sumimus,
sed futuro die iudicij rex intraturus est. Quia vocati
sumus, nouimus: si sumus electi nescimus. Tanto er-
go necesse est vt vnusquisque nostrum in humilitate
deprimat, quanto si sit electus ignorat. Non nul-
li enim bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis
quæ inceperunt, minimè persistunt. *Homil. 38. in E-
uang.*

Nemo ergo scit quid de se in occultis Dei iudicij
agatur, quia multi sunt vocati, pauci verò electi.
Quia ergo nulli de se certum est electum se esse, re-
stat vt omnes trepidant, omnes de sua actione for-
midant, omnes in sola diuina misericordia gau-
deant, nullus de suis viribus præsumat. *Ibidem in
fine.*

obis.

Obiectio cum sua solutione.

Aduersarij vt probent hominem certò debere credere non tantùm se esse iustum, verùm etiam electum ac predestinaturn, adducunt testimonium B. Gregorij ex lib. 1. Dial. cap. 1. desumptum, quod ita habet: Mens que sancto Spiritu impletur, habet euidentissima signa sua, virtutes scilicet & humilitatem, que si vtraque in vna mente conueniunt, liquet, quod de presentia sancti Spiritus testimonium serant. Verùm dicendum, Gregorium hic loqui de euidentia signorum, que quamuis tanta sit, quanta esse potest, semper tamen est euidentia signi, id est coniecturalis: ac per hoc certitudinem efficit coniecturalem, non fidei diuinæ. Deinde non videtur loqui Gregorius de notitia quam vnusquisque habet de se, sed potius quam habet de alijs, in quibus videtur summis virtutibus humilitatem esse coniunctam.

CAPVT QVINTVM,
De Lapsis, & eorum reparatione.

1. Quid sit peccatum.

Peccatū est mors animæ, diuinā deturpans imaginem.

*Psal. 6.
Hier. 9.*

Psal. 50.

Quid infelicius? viuebam oliu Deo, mortuus sæculo: nunc è contrario mortuus Deo, mundo viuo. Quid est enim peccatum nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Non est in morte qui memores sit tui. Et iterum: Intrauit mors per fenestras nostras. Mors namque est quæ animam à Deo separat, sensuum internorum intercludit officia, diuinam deturpat imaginem, lucis adimit claritatem. *In 7. Psalm. penit.*

(Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.) Ponamus ante mentis oculos aliquem grauius vulneratum, & vix iam vltimos huius vitalis aurę trahentem anhelitus, qui & nudus in sterquilinio iaceat, & vulnus nondum ligatum ostendat

dat

dat, aduenientis medici desiderio confici, & agnitū vt sui misereatur precari. Vulnus enim animæ peccatum est: de quo dicitur: Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata nec curata medicamine, nec fota oleo. *In 4. Psalm. penitent.*

Peccatum est vulnus animæ. *Esaiæ 1.*

Quia autem nemo hominum in hoc mundo sine peccato est: (& quid est aliud peccare, nisi à Deo fugere) fiducialiter dico etiam eandem filiam meam peccata aliqua habere. *Libr. 7. Epist. cap. 191.*

Peccare est à Deo fugere.

2. Peccatum esse voluntarium, nec vlla vi aut necessitate hominem ad illud cogi.

Bene autem subditur: Et seruus liber à Domino suo. Scriptum quippe est: Omnis qui peccat, seruus est peccati: quia nimirum quisquis se prauo desiderio subiicit, iniquitatis dominio dudum liberamentis colla supponit. Sed huic dominio contradicimus, cum iniquitati quæ nos ceperat reluctamur, cum consuetudini violenter resistimus, & desideria peruersa calcantes, contra hanc ius nobis liberatæ ingenitæ vendicamus, cum culpam penitendo percutimus, & maculas fordium steribus lauamus. *Li. 4. Moral. cap. 42.*

*Iob. 3.
Ioan. 8.*

(Eductus & egrediens de vagina sua, &c.) Iniquus iste insidiatur deprædationibus proximorum, sed dum praua in cogitatione machinatur, quasi adhuc gladius in vagina est: dum verò malum quod cogitauit, iniquè perficit, de vagina sua egreditur, quia de occultatione cogitationis suæ per iniquitatem male operationis aperitur. Ostenditur in opere qualis latuit in cogitatione. Et notandum quod ait: Eductus & egrediens de vagina sua: eductus scilicet per seductorem, egrediens verò per propriam voluntatē. Nam is qui ducitur, ducentem procul dubio sequitur, qui autem egreditur secundum suam pergere voluntatem videtur. Qui ergo ad malā quæque opera &

Iob. 20.

Esti diabolus hominē malis suggestionibus

quandoque impugnet, expugnare tamen non potest, nisi libera hominis accedente voluntate.

ab antiquo hoste trahitur, & tamē suo libero arbitrio in eorū desiderijs obligatur, de vagina sua eductus & egrediens dicitur; quoniam hoc quod ex prava cogitatione exit ad pessimam operationem, & illius est spiritus qui suggestit, & eius nequitiae qui ex propria voluntate consensit. *Lib. 15. Moral. cap. 13.*

3. Peccatorum alia mortalia, alia venialia esse.

1. Reg. 14.
Solutus Deus sine peccato.

ET non relinquamus ex eis virum.] Sed omnis Philistaeus vir vastari debet, paruulus omnis nequaquam vastari potest. Nemo enim sine peccato nisi solus Deus. Viri ergo capitalia crimina & vitia principalia sunt. Sed tunc virorum id est fortium nomine designantur, cum peccatorum sibi corda subiiciunt. Bene ergo dicitur: Non relinquamus ex eis virum, quia conuersi peccatores sanctorum praedicatorum consilio fortia quaeque peccata & vitia deferunt, sed nullum peccatum aut vitium habere non possunt. Possunt cauere crimina, sed omnia non possunt vitare peccata. *In cap. 14. lib. 1. Reg.*

1. Reg. 15.

(De Amalech adduxerunt ea.) Quasi dicat. Hoc quod de turpi vita resonat, verum est, sed tamen eadem turpitudine in paruulis viguit, non in magnis. Adhuc item eandem culpam leuigans, ait: Peperit populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo. Quasi dicat: Verē peccant populus, sed non ad mortem: quia peccata operis iam exhortante delere nititur humilitate confessionis. *In cap. 15. lib. 1. Reg.*

Multi quidem post remissionem peccatorum peccata ad mortem faciunt, in quibus nimirum spiritus in reliquum dirigi non videtur. *In cap. 16. lib. 1. Reg.*

Voluntarie peccare, graue est: ex humana fragi-

Studio & voluntate peccare, magna praeruaricatio est: infirmitate verò peccare, tanto tolerabilius est, quanto is qui peccato subiacet, eiusdem peccati vir-

bus

bus impar est. *Sec. In cap. 15. lib. 1. Reg.*

* Quis inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura mala sunt: & bona quae nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt.

* Martinus Lutherus libro articulorum suorum, artic. 35. his Gregorij verbis conatur probare, neminem esse certum se non semper peccare mortaliter: quia nullum conuictum à nobis parum bonum fiat, imò nec fieri possit. Ioannes verò Rossensis in refutatione huius articuli, inquit, Gregorium non loqui de cunctis bonis operibus nostris, sed de his tantum quae nos ipsi ceu bona approbamus, & de quibus nobis placemus; ob hoc ait, dixisse eum, Bona quae nos habere credimus, pura bona esse non posse; propterea quod in eis nobis applaudimus, & inaniter de eorum bonitate gloriamur.

4. Iustificatum absque speciali priuilegio Dei, peccata omnia, praesertim venialia in tota vita vitare non posse.

SI quis peccata sua recta esse desiderat, Deo ea per vocem confessionis ostendat. Sunt tamen quaedam peccata, quae quam diu in hac vita viuunt, etiam à perfectis viris aut vix, aut nullatenus declinantur. Habent enim sancti viri aliquid quod in hac vita operire debeant: quia omnino est impossibile, vt in locutione, aut etiam in cogitatione nunquam delinquant. *In 2. Psa. penit.*

(Pro hac orabit ad te omnis sanctus.) Scriptum est, quia nemo sine peccato, neque infans cuius est vnus dies vita super terram. Et iterum Iob testatur, quia celi non sunt mundi in conspectu eius, & in Angelis suis reperit prauitatem. Quanto ergo electus quisque maiori sanctitate praereminet, tanto magis de his sine quibus haec vita non ducitur venialibus peccatis dolet. *Ibidem.*

litate labi, tolerabile.

Etiam viri sancti adhuc quibusdam venialibus subiacent peccatis.

Iob. 15.

1. *Ioan. 1.*

Nec ipsi quidem esse poterant sine peccato qui ad hærebant cælesti magistro, Ioanne attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. In igne ergo venit (Spiritus sanctus) in hominibus; in columna verò apparuit in Domino, quia peccata nostra quæ piè Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus cautè conspicerè, & ardore semper pœnitentiæ cremare. *Homil. 30. in Euang.*

Jacob. 3.

Omnes qui de carnis delectatione concepti sunt, adhuc aliquid imperfectio nis habent.

Iacobus ait, In multis offendimus omnes. Constat enim quia omnes qui de carnis delectatione concepti sunt, in eorum procul dubio vel actione, vel locutione, vel cogitatione aliquid suum princeps huius mundi habuit. Sed idcirco illos vel post rapere, vel prius tenere non potuit: quia eos ille à debitis suis eripuit, qui pro nobis sine debito, mortis debitum soluit: vt nos idèò sub iure hostis nostri debita nostra non teneant, quia pro nobis mediator Dei & hominum homo Christus Iesus gratuito reddidit quod non debebat. *Hom. 39. in Euang.*

5. Lapsos post baptismum posse per Dei gratiam resurgere, & amissam iustitiam per pœnitentiæ sacramentum recuperare.

Peccatum tripliciter committitur. 1. *Tim. 1.* Petrus & Paulus post lapsum cù Deo in gratiam redierunt.

TRIBUS modis peccatum admittitur. Aut ignorantia incurritur, aut infirmitate committitur, aut studio perpetratur. Sed sicut grauius est infirmitate quàm ignorantia delinquere, ita peius est studio quàm infirmitate peccare. Ignoranter quidem Paulus peccauerat, qui dicebat: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Per infirmitatem verò Petrus cecidit, quando mentis suæ ædificium fidei funda-

fundamento titubante concussit. Et quia subire mortem pertimuit, ad ostiaria vocem vitam negauit. Vnde post fletum amaritudinis à Domino respicitur: *Marc. 14.* quia electi quique eò citius miseracionis diuinæ diuitias inueniunt, quò se si quando per carnis infirmitatem deliquerunt, durius & amarius affligunt. *In 3. p. sal pœnit.*

Nemo tantæ misericordiæ tempus perdat, nemo oblata remedia diuinæ pietatis abijciat. Ecce superna benignitas auersos nos reuocat, & nobis reuertentibus suæ clementiæ sinum aperit. Vnusquisque ergo penset quo debito constringitur, quado illum Deus expectat, ne contemptus exaspèretur. Qui ergo permancere noluit, redeat: qui stare contempsit, saltè post lapsum resurgat. *Hom. 33. in Euang. circa finem. imò per totam Homiliam.*

Pensemus si possumus dispensationem supernæ pietatis, quæ stantibus si ceciderint minatur pœnam, lapsis verò vt surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret ne præsumant in bonis, istos refovet ne desperent in malis. Iustus es, iram pertimesce ne corruas: peccator es, præsume de misericordia vt resurgas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare nequam valuimus, in prauis desiderijs nostris iacemus. Sed qui nos condidit rectos, adhuc expectat & pro uocat vt surgamus. Sinum suæ pietatis aperit, nosq; ad se recipere per pœnitentiã quærit. *Hom. 34. in Euang.*

Vnusquisque nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percussione vacat. Reuocemur ante oculos mentis quicquid errando commisimus; & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confessione, & sicut Propheta admonet; leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare est orationis nostræ: studium cum merito redeat.

Superna bonitas omnes ad pœnitentiã inuitat.

Sicuti Deus stantibus si ceciderint minatur pœnam: ita lapsis vt resurgat, promittit misericordiam. Vide ibidè exemplum Victorini cuiusdam, qui in graue aliquod peccatum lapsus, à Deo in gratiam receptus est. Ad remissionem peccatorum cõsequendâ, requiritur vt quis agat pœnitentiã, & cum Deo in gratiam

Ezech. 18.

ruto bonæ operationis erigere. Dat profectò, dat tremori nostro fiduciam, qui per Prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Nullus autem de iniquitatibus suarum immanitate desperet. Veterinosas namque Niniuitarum culpas triduana pœnitentia absterfit, & conuersus latro vitæ præmia etiam in ipsa sententia suæ mortis eme ruit. *Lib. 11. Epist. cap. 2.*

6. *Cur Deus piissimos etiam viros patiatur in grauissima peccata quandoque prolabi.*

Ideo nonnulli lapsi sunt vt nobis documenro essent.

Ideico autem omnipotens Deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, vt alijs in culpa iacentibus, si toto ad eum corde consurgant, spem veniæ redderet, & eis per lamenta pœnitentiæ iam cælestem patriam aperiret. Exerceamus ergo nosmetipsos in lamentis, extingamus fletibus & dignis pœnitentiæ fructibus culpas quas fecimus, ad veniam tempora nobis indulta non pereant: quia qui multos à suis iniquitatibus iam sanatos aspiciamus, quid aliud quàm supernæ misericordiæ pignus tenemus? *Hom. 20. in Euang. in fine.*

Petrus quare permisus sit Dominum negare.

Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum quem cunctæ Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem perimere & se ipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret. *Homil. 21. in Euang.*

Ideo alios sanctiss. vt ros Deus

Perpendo Petrum, considero latronem, aspicio Zachæum, intueor Mariam, & nihil in his aliud video,

nisi

nisi ante oculos nostros posita spei & pœnitentiæ exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis, aspiciat Petrum, qui amarè fleuit quod timide negauerat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit, aspiciat latronem, qui & in ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitendo peruenit. Alius auaritia æstibus anhelans aliena diripuit, aspiciat Zachæum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus carnis mundiciam perdidit, aspiciat Mariam, quæ in se amorem carnis igne diuini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus vique oculis nostris quos imitari debeamus obijcit; vbique exempla suæ misericordiæ opponit. *In fine Rom. 25. super Euang.*

Iustitiam casus quodammodo status eorum est: quia aliquando permittuntur cadere, vt semper valeant fortius stare. Permittuntur vt in malis corruant, ne summa virtutum dona per elationem perdant. *In 15. cap. Reg.*

Ad hoc quippe in scriptura sacra virorum talium, id est David & Petri peccata sunt indita, vt cautela minorum sit ruina maiorum. *Lib. 33. Moral. ca. 15.*

7. *Non esse nisi in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum.*

Per Zachariam dicitur: Erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Cornu quidem salutis quid est, nisi sublimitas Ecclesiasticæ potestatis? Nam quod antiquis nusquam dicitur, modo vniuersali Ecclesiæ dicitur: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Quod profectò cornu erectum & oleo plenum dicitur; quia sancta Ecclesia cum sublimitate potestatis, extendit viscera miserationis, *In cap. 16. lib. 1. Reg.*

quandoque cadere permisit, vt nos eorum exemplo cautioreseffici, studiosius peccata vitaremus.

Iusti nonnunquam permittuntur cadere, vt deinde fortius resurgant.

Luc. 1. Ecclesia iuxta Christi institutionem peccata & alligata & relaxata.

Job à Deo iuberetur pro amicis (per quos hæreticos intellegimus) sacrificium offerre, vt acceptum esse possit.

Notandum verò magnoperè est quod conuersionis suæ sacrificium Domino non per se, sed per Iob offerre iubentur. Nimirum hæretici cum ab errore redeunt, quia erga se iram Domini suo per se oblato sacrificio placare nequaquam possunt, nisi ad Catholicam Ecclesiam, quam beatus Iob significat, conuertantur, vt salutem suam eius precibus obtineant, cuius fidem peruersis assertionibus impugabant, &c. *Lib. 35 Moral. cap. 5.*

Sola quippe est per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hostia Dominus præcepit dicens: In vna domo comedetur, nec effertis de carnibus eius foras. In vna namque domo agnus comeditur, quia in vna Catholica Ecclesia vna hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex effertur foras prohibet, quia dari sanctur carnibus vetat. Sola est in qua opus bonum fructuosè peragitur, vnde & mercedem denarij non nisi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimia fulsit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola est in qua superna mysteria veraciter contemplantur. *Lib. 35 Moral. cap. 6.*

8. *Quomodo peccata in Spiritum sanctum in Ecclesia non dimittantur.*

Psal. 50.

NE proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum ne auferas à me. **J**A facie Dei proicitur, cum spes veniæ post peccatum negatur.

Matth. 12.

Qui in Spiritum sanctum directè restituit gratiam, qua sola

Qui enim peccauerit in Spiritum sanctum, non remitteretur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Quis est autem qui peccat in Spiritum sanctum nisi qui non credit remissionem peccatorum? Remissio enim peccatorum, opus Spiritus sancti est. Nam & de baptis-

baptismo Christi in quo remissio peccatorum danda erat, dixit Ioannes: Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. Vnde etiam super baptismum Dominum in columbæ specie Spiritus sanctus descendit, vt ex hoc aperte ostenderet quia spiritalis gratia per lauacrum baptismatis credentium corda mundaret. An non in Spiritum sanctum Cain peccauit, quando dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear? Et quia de venia desperauit, ideo dixit: Ecce eijs me à facie tua. De quo & postea subditur, quod egressus sit à facie Domini. Vides quemadmodum ille qui in desperationis foueam labitur, à facie Dei proiciatur. *In 4. Psal. pœnit.*

curari possent; tum etiam quia ex malitia peccant, nihil habent in se vnde remissionem mereantur. Cain peccauit in Spiritum sanctum. *Gene. 4.*

CAPVT SEXTVM, DE discrimine legis Veteris & Euangelij.

1. *Legem Veterem eandem esse cum veteri Testamento, & vnam ex vtroque harmoniam conficiendam.*

ET vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus eorum & opera, quasi si sit rota in medio rotæ.] *Ezech. 1.*

Vna similitudo ipsarum est quatuor: quia quod prædicat lex, hoc etiam Prophetæ: quod denunciant Prophetæ, hoc exhibet Euangelium: quod exhibuit Euangelium, hoc prædicauerunt Apostoli per mundum. Vna est ergo similitudo ipsarum quatuor, quia diuina eloquia etsi temporibus distincta, sunt tamen sensibus vnita. Et aspectus earum, quasi si sit rota in medio rotæ. Rota intra rotam est testamentum Nouum (sicut diximus) intra testamentum Vetus: quia quod designauit testamentum vetus, hoc testamentum Nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis lo-

Diuina eloquia etsi temporibus distincta, sunt tamen sensibus vnita. Quod testamentum Vetus designauit, hoc testamentum Nouum exhibuit.

Genes. 2.

quar; quid est quod Adam dormiente Eua produci-
tur, nisi quod moriente Christo Ecclesia formatur?
Genes. 22. Quid est quod Isaac ad immolandum ducitur & liga-
na portat, aræ superimponitur & uiuit, nisi quod re-
demptor noster ad passionem ductus lignum sibi
crucis ipse portauit? & sic in sacrificio pro nobis ex
humanitate est mortuus, vt tamen immortalis ma-
neret ex diuinitate. &c. *Hom. 6. in Ezech.*

Vtraq; testa-
menta in
nullo à se
discrepant:
quia quod
vnum pro-
mitit, aliud
exhibet.

Duo ergo Cherubin in se mutuo respiciunt versis
vultibus in propitiatorium, quia vtraque testamenta
in nullo à se discrepant. Et quasi ad semetipsa vicif-
sim facies tenent, quia quod vnum promittit, hoc al-
liud exhibet, dum inter se positum mediatorum Dei
& hominum vident. Facies quippe à semetipsis Che-
rubin auerterent, si quod vnum testamentum pro-
mitteret, alterum negaret. Sed dum concorditer de
mediatore Dei & hominum loquuntur, vt vicissim
se respiciant, in propitiatorium intendunt. Rota er-
go in medio rotæ est, quia inest testamento Veteri
testamentum Nouum. *ibidem Quin potius vide totam
hanc sextam Homiliam, et cap. 28. & seq lib. 29. Moral. &
cap 7. Super Cantic in fine.*

2. Euangelij nomine quid intelligatur.

Ezech. 40.

Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde
per latera portæ. Porta etiam nostra in interi-
ori vestibulo quatuor mensas habet, quia
sancta Ecclesia ad eruditionem fidelium populorū
quatuor regentium ordines accipit, quos Paulus ex
dono omnipotentis Dei enumerat, dicens: Ipse de-
dit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem
Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pa-
stores & Doctores. Pastores verò & Doctores vnum
regentium ordinem nominat, quia gregem Dei ip-
se veraciter pascit qui docet. Habuit quoque & porta
exterior mensas quatuor: quia videlicet synagoga
oble-

*1. Cor. 12. &**Ephes. 4.*

obsequij exterioris obseruantia per principes Sacer-
dorum & seniores populi, per Scribas atq; Phariseos
tenuit. Qui scilicet Pharisei, etiam legis Doctores vo-
cati sunt. Siue autem exteriori, seu interiori portæ
duæ mensæ hinc sunt, & duæ inde: quia in exordijs
suis sancta Ecclesia Apostolos & Prophetas habuit.
Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri po-
pulo fuerunt, sed eos qui in sancta Ecclesia post Apo-
stolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore quod
nunc est, habet Euangelistas atque Doctores. Quia
verò Euangelium bonum nuncium dicitur, Euangeli-
stas vtrique appellamus qui rudibus populis bo-
na patriæ cælestis annunciant. Qui videlicet Euangeli-
stas atque Doctores & priori quidem tempore fue-
runt, sed & nunc vsq; Domino largiente permanent:
quia adhuc quotidie & infideles populos ad fidem
trahi, & fideles quosque in bonos mores per Docto-
res erudiri cognoscimus. *Hom. 21 in Ezech.*

3. Euangelium legi præferendum: siue de Noui testamenti præ Veteri præstantia & dignitate.

Quæcumque aspicerem animalia, apparuit rota vna
super terram: Quæ in re quærendum est cū
inferius rotæ describuntur, cur vna rota prius
apparuisse dicitur, nisi quia antiquo populo vetus so-
lummodo testamentum datum est, quod erudien-
dam mentem illius quasi rota volueretur? Bene au-
tem rota eadem super terram apparuisse dicitur:
Peccanti enim homini dictum est: Terra es, & in
terram ibis. Rota ergo super terram apparuit: quia
Deus omnipotens legem super corda peccantium
dedit. Sed quia hæc pennata animalia sanctos (vt an-
te diximus) Euangelistas designant: quomodo prius
animalia, & postmodum rota vna aspicitur,
dum ante testamentum vetus fuerit, & post-
modum

*Ezech. 1.**Genes. 3.*

Mediatorē
Christum.
Iesum opti-
mum esse
legislatorē.

Præcepta no-
ua dedit re-
demptor no-
uus homo.

cunctos dicere possumus, quos ex lege admonisse recta populum scimus. Sed huic mediatori in legisla-
toribus similis nullus est: quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, & ab his quæ intra semetipsos experti sunt, prædicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione: nec perpetravit vnquam quod redarguit, & sic mundo ex humanitate loquitur, vt tamen eidem mundo ante sæcula ex diuinitate dominetur. &c. *Lib. 27. Moral. cap. 1.*

Quia Dominus ac redemptor noster nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo. Vitiæ etenim nostræ veteri in vitijs enutritæ, contrarietatem opposuit nouitatis sue. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset? Sed cælestis medicus singulis quibusque vitijs obuiantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatem, &c. *Hom 32 super*

Euang. in princ.

CAPVT

CAPVT SEPTIMUM,

De mandatorum Dei obseruatione, deq; bonorum operum ad salutem necessitate.

1. *Magnum esse inter præcepta atq; consilia Evangelica discrimen; quod illa sint ad salutem obseruatu necessaria, hæc verò perfectioni peculiariter destinata.*

Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic (Ioh. 20. & sustinebit) Qui enim multa inuenit ad culpam, nouis inuentionibus cruciatur in pena. Nam quod hic suspicari non potuit, hoc illic vltioni traditus sentit. Sicut enim exercitati in bonis operibus electi nonnunquam plus student agere quam eis dignatus est Dominus iubere: carnis enim virginitas nequaquam iussa est, sed tantummodo laudata: Nam si illa iuberetur, nimirum coniugium iam culpa crederetur: & tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obsequio quam acceperunt præcepto: sic plerumque peruersi quique in prauis actibus exercentur, vt plus inueniant in peruersa actione quod faciant, quam ex vsu reproborum iniquitatis accipere exempla potuerunt. *Libr. 15. Moral. cap. 9.*

Hinc est quod peritus medicinæ cælestis Apostolus non tam sanos instituit quam infirmis medicamenta monstrauit, dicens: De quibus scripsisti mihi, bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem aut vnusquisq; suam habeat uxorem, & vnaquæq; suum virum habeat. Qui enim fornicationis metum præmisit, profecto non stantibus præce-

Ioh. 20.
Ad Euang.
lica cōsilia
nemo ex di-
uino præce-
pto obliga-
tur: sed est
opus erga-
tionis.

1. Cor. 7.

præceptum contulit: sed ne fortasse in terram rueret, lectum cadentibus ostendit. Vnde adhuc infirmantibus subdidit: Vxor vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Quibus dum in magna honestate coniugij aliquod de voluptate largiretur, paulo post subdidit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: Culpa quippe esse innuitur, quod indulgeri perhibetur. Sed quæ tanto citius relaxetur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, sed hoc quod est licitum sub moderamine non tenetur. *3. parte Pastor. curæ cap. 28. Vide etiam Hom. 32. in Euang.*

2. *Iustitiam hominis Christiani in bonorum operum quæ ex fide sunt, exercitatione consistere.*

Psal. 101.

VT audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Sancti viri non incongruè compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinæ Dei, nequaquam ad ea quæ exteriora sunt vagantur, & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum à conditoris desiderio nusquam discedunt. De his namque compedibus scriptum est: Inijce pedes tuos in compedes eius, & in torques illius collum tuum. Quia profectò cuius à prauitate gressus compescitur, eius fides sanctarum varietate virtutum adornatur. Collum namque fides est, per quâ Deo fidelis quisque coniungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia quæ eius corpus est, vnitur. Vnde in laudem sponsæ in Canticis Canticorū dicitur: Collum tuum sicut monilia. Quia enim, sicut Iacobus ait, fides sine operibus mortua est, quasi collum sponsæ monilibus circumdatur, dum fides sanctæ animæ operibus decoratur. *In quintum Psalm. pœnit.*

*Cant. 1.
Iacob. 2.*

Quid prodest quod eidem redemptori nostro per fidem iungimur, si ab eo moribus disiungamur? Ipse etenim dicit: Non omnis qui dicit mihi Domine *Matth. 7.* Domine, intrabit in regnum cælorum. Recta ergo opera rectæ fidei iungenda sunt. Mala quæ fecimus per quotidiana lamenta diluamus, transactas nostras nequitias surgentia ab amore Dei & proximi recta opera superent, nulla quæ postumus fratribus impendere bona recusemus. *Homil. 39 in Euang. serè circa finem.*

(Et adorauerunt ibi Dominum.) Et nos membra sanctæ Ecclesiæ, cum per scripturas testamenti Veteris, venerationi & præcepto conditoris submittimur, ibi profectò Dominum adoramus, quia Patrū veterum fidem tenemus, & eandem fidem per dilectionem in bono opere exercemus. *In 1. cap. libr. 1. Regum in fine.*

Plerique intra sanctam Ecclesiam nomine censentur fidei, cuius nullos proferunt fructus actionis. Qui nimirum dum de Ecclesia prodeunt, velut de monte fructifero esse sentiuntur, sed quia ipsi bonorum operum non habent fructum, non sunt Effrathæ. De monte ergo Effraim est, & Effrathæus non est, qui fidem Catholicam in Ecclesia didicit, sed opera digna fidei nō impendit. Talibus profectò veritas in Euangelio comminatur, dicens: Aferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. *In 1. cap. 1. Reg.*

Quia nonnulli confitendo fideles sunt, non viuendo: hinc est quod voce veritatis dicitur: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum. Hinc rursus ait: Quid autem vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? Hinc Paulus ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Ioannes dicit: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. *Matth. 7.
Lucæ 6.
ad Tit. 1.
1 Ioan. 2.*

Quid

N

Hinc

*Marc. 7.**Psal. 77.
Fides sine
operibus nō
sufficit ad
salutem.
Iacob. 2.*

Hinc est quod de ipsa sua prima plebe Dominus cōqueritur dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hinc etiam Psalmista ait: Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. *Et paulo post.* Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse confidat, cum scimus quod scriptū sit: Fides sine operibus mortua est. Nullus Behemoth morsum ex sola confessione fidei plenè euasisse se existimet: quia iam quidem fluuium absorbit, sed adhuc Iordanem sinit, & totiens in os illius Iordanis fluit, quotiens Christianus quisque ad iniquitatem desluit. Os quidem eius iam fide nos subleuant fugimus, sed magno studio curandum, ne in hac lubrica operatione dilabamur. Si ambulandi cautela negligitur, in cassum credendo rectum iter tenetur: quia via quidem fidei ad cælestem patriam proficit, sed offendentes minimè perducit. *Libr. 33. Moral. cap. 7.*

CAPVT OCTAVVM, DE fructu seu effectu Iustificationis, deque bonorum operum meritis.

1. De gratiam esse principium rationemq; meriti nostri.

Nemo quidquam Deo contulit, ut primam gratiam perciperet meretur. *Psal. 58.
Ephes. 2.*

Nemo ut diuina illū gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando præuenimus, ubi est quod Propheta ait: Misericordia eius præueniet me? Si quid nos bonæ operationis dedimus, ut eius gratiam mereremur, ubi est quod Apostolus dicit: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus? Si nostra dilectio Deum præuenit,

uenit, ubi est quod Ioannes Apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos: & cæter. *Libro trigesimo tertio Moralium capite vigesimo quinto.*

Quid autem nos dedimus, ut hanc sapientiam quæ Christus est percipere mereamur: Gratia quippe redempti sumus illa namque sola opera male vituendo dedimus, quibus si iusta retributio seruaretur, non Christus, sed supplicia redderentur. Sed aliud homo per iustitiam meruit, aliud per gratiam accepit. *Li. 18. Moral. ca. 24.*

Sed sunt nonnulli qui saluos se suis viribus exultant, suisq; præcedentibus meritis redemptos se esse gloriantur. Quorum profecto assertio inuenitur sibi metipsum contraria: quia dum & innocentes se asserunt, & redemptos, hoc ipsum in se redemptionis nomen euacuant. Omnis namque qui redimitur, ex aliqua procul dubio captiuitate liberatur. Unde ergo quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub culpa captiuus? Liqueat itaque quia multum desipit, quis hæc sapit. Homini quippe meritum superna gratia non ut veniat, inuenit: sed postquam venerit, facit: atque & ad indignam mentem veniens Deus dignam sibi exhibet veniendo, & facit in ea meritum quod remuneret, qui hoc solum inuenerat quod puniret. *Lib. 18 Moral. cap. 25.*

In Psalmis dicitur: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Nisi enim vasa iræ fecisset vasa misericordiae, neminem ab illa perditionis massa conuersatio sancta discerneret, neminem à pœna perpetuæ mortis iustitia propria liberaret. Constat ergo quia quibus misericorditer tribuit ut in hac vita bene operentur, eis misericordius largitur ut in æterna beatitudine centuplicato fructu remunerentur. Hæc est gratia quam pro gratia

Nemo præuenire potest gratiam Dei suo merito, sed propter dilectionem quam Deus nos diligit, etiam vitro nos redemit.

Psal. 8.
Nisi Deus vasa iræ fecisset vasa misericordiae, neminem à massa perditionis conuersatio sancta discerneret.

gratia danda Sanctis Dei Apostolus perhibet, ut quibus in hac vita diuinitus datur gratia sanctificationis, eis ex hac quoque in futuro detur gratia æternæ felicitatis. *In 7. Psalm. penitent.*

Sine diuino auxilio nihil operari boni possumus.

Sed quia boni aliquid operari sine diuino auxilio non valeamus, iunctis omnipotentem Deum, dilectissime frater, precibus exoremus, ut in mandatorum suorum viam cum commisso grege gratia sua duce nos dirigat, atque ipse nobis & intelligere & agere quæ sibi placita sunt, concedat, qui misericordiam suam dono nomen nos voluit habere pastorum. *Lib. 10. Epist. cap. 1.*

2. *Iustum pro operibus bonis, quæ per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum ab eo sunt, verè mereri, & legitimè sperare vitam æternam.*

Psalm. 101.

Filii seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in sæculum dirigetur. Qui sunt filii in animis, id est in æternitate Dei habitaturi, nisi Apostolorum imitatores, cum Deo in cælesti regno perenniter mansuri? Omnes enim fideles Apostolorum dicuntur filii: quia ab eis fuerunt in fide generati. Hinc namque ad Galatas Apostolus ait: Filioli mei quos iterum parturio. In eo quod dicit filios illic & non seruos habituros, ostendit quod ad cælestem regnum aliquis peruenire non valeat, nisi prius vetustate abiecta per nouitatem vitæ filius fiat. Nam & ipsi quos seruos vocat, Apostolorum filii fuerunt, veterem videlicet conuersationem abdicantes, & in nouitate vitæ per Christum ambulantes. Fuerunt igitur serui, fuerunt & filii: serui propter laborem operis, filii propter mutationem nouitatis. Hinc est quod ex filiis Israel qui ex Aegyptiaca seruitute liberati sunt, & mare rubrum præuio ductore Moyse transierunt, nullus

Galat. 4.

Ad cælestem regnum qui non prius vetustate abiecta, bonis se virtutum operibus exercuerit, peruenire non potest.

nullus terram promissionis exceptis duobus intrauit: sed filii eorum postea intrauerunt, & patribus eorum repromissa diuinæ largitatis beneficia acceperunt. Signabatur namque per hoc quod ad promissam nobis æternæ hæreditatis terram nemo potest ascendere, nisi qui prius per amorem spiritus in nouitate vitæ didicerit ambulare. Duo videlicet Caleph & Iosue, caput designant & corpus, Christum scilicet & Ecclesiam, qui soli ingrediuntur illam viuentium terram. Quod verò ait: Semen eorum in sæculum dirigetur: Electorum voluit opera intelligi, quæ tunc protecto diriguntur in sæculum, cum omnia spectant ad Deum. Semen quippe suum nequaquam dirigit, qui ex operibus suis aliquid transitorium querit. Opera autem nostra idcirco semen dicta sunt: quia sicut ex semine fructum colligimus, sic ex operibus nostris mercedem expectamus. Hinc namque Apostolus ait: Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Qui enim in hac vita semen boni seminauerit operis, in futuro fructum æternæ consequetur remunerationis. &c. *In 5. Psalm. penit. prope finem.*

[Meditatus sum in omnibus operibus tuis.] Qui mundi huius diuitias fallaces esse agnouerit, & amore cælestium contempserit terrena, meditatur in operibus bonis quæ vita hac transeunte maneat, & æternæ vitæ præmia ferant. Neque enim tempore utiliter viuatur, nisi ad comparandum meritum quod in æternitate viuatur. *In Psalm. 7. penitent.*

(Dignus est operarius mercede sua.) Quia iam de mercede operis, sicut ipsa alimenta sustentationis, vitæ hæc merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de veritatis visione perficitur. Quia in re considerandum est, quod vni nostro operi dux mercedis debentur: vna in via, altera in patria: vna quæ nos in labore sustentat, alia quæ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quæ in præsentia accipitur,

Sicut ex semine fructum colligimus, ita ex operibus nostris mercedem expectamus. *Galat. 6.*

Psalm. 142.

Luc. 10.

Merces duplex debetur vni nostro operi.

hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedē robustius tendatur. *Hom. 17. in Euang.*

3. *Iustificatum minime peccare, dum intuitu aeternae mercedis operatur.*

Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt solerter considerent, quia praesentis vitae prosperitas, aliquando idcirco datur vt ad meliorem vitam prouocet: aliquando verò vt in aeternum plenius damnet. Hinc est enim quod plebi Israeliticæ Chanaan terra promittitur, vt quandoq; ad aeterna speranda prouocetur. Neque enim rudis populus ille promissionibus Dei in longinquum crederet, si à promissore suo non etiam è vicino aliquid percepisset. Vt ergo ad aeternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquido Psalmista testatur dicens. Dedit eis regiones gentiū, & labores populorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. *3 parte Pa storali. cap. 27.*

Et quia valde laboriosum est omnia tentamenta vincere, ad verba Doctorum quæ hoc nobis praecipunt, quasi per ascensus laborem conamur peruenire. Sed quia scriptum est quod vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem (quod nimirum non solum de aeterna retributione accipitur, sed etiam de praesenti) omnipotens Deus pro merito operis, electis suis tribuit augmenta virtutis. Nam & Abrahamæ filio non parcenti, dicitur: Per memetipsum iuravi, quia fecisti rem hanc, & non pepercesti filio propter me, benedicam tibi, & multiplicabo sementium. Plerumque enim qui fideliter laborant in faciendis ijs quæ sciunt, per diuinam gratiam maiora quæ agant, cognoscere merentur *In cap. 9 lib. 1 Reg.*

Eorum itaque (electorum) exemplo se ad bene operandum

Spe praemiorum ad bene beateque viuendum incitatur.

Psal. 104.

1. Cor. 3.

Genes. 22.

randum (Propheta) excitat, & cum eis absens corpore, mente conuersatur. Gloriam ergo beatitudinis aeternæ quam receperunt aut recepturi sunt attēdit, vt eò magis ad bonum animetur, quò cœperit agnoscere quod egerunt, & sperare quod acceperunt. *In 7. Psa. pœnit.*

(Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.) Ac si aperte diceretur: Ille in sancta ecclesia doctus praedicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta dicere de terrore supplicij, vt vel pœnæ terreat quos praemia non inuitant. Au diat de regno quod amer, audiatur de supplicio vnusquisque quod timeat: vt torpentem animum & terre vehementer inhaerentem, si amor ad regnum non trahit, vel timor minet *Hom. 11. super Euang. in fine.*

Nec castitas magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquid sine castitate. Sed si vtrumque agitur, restat, vt quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se à vitijs pro mundi huius honestate contineat. *Hom. 13 super Euang.*

4. *Vt in hac vita diuersa sunt hominum merita, ita post hanc vitam praemia quoq; non equalia omnibus tribui, sed propriam meritorum cuiusque rationem haberi.*

Parusus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. **J** Quia in hac vita nobis est discretio operum, erit in illa procul dubio discretio dignitatum: vt quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Vnde in Euangelio Veritas dicit: In domo Patris mei mansiones multae sunt. Sed in eisdē multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionū diuersitas concors: quanta

N 4

tanta

Math. 13.

Praedicator quando dicitur doctus.

Iob. 3.

Ioan. 14.
In caelo diuersae sunt mansiones.

in quibus
pro ratione
meritorum
vnusquisq;
requiescit.

tanta vis amoris in illa pace nos sociat, vt quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & non æquè laborantes in vinea, æquè cuncti denarium fortiuntur. Et quidem apud Patrem mansiones multæ sunt, & tamen eundem denarium diuises laboratores accipiunt: quia vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, quamuis non vna sit omnibus sub limitas vitæ. *Lib. 4. Moral. cap. 42.*

Quod verò siue electi siue reprobi quorum communis causa in opere fuerit, ad loca etiam communia deducantur, veritatis nobis verba satisfacerent, etiam si exempla decissent. Ipsa quippe propter electos in Euangelio dicit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si enim dispar retributio in illa æterna beatitudine non esset, vna potius mansio quam multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines, & propter meritorum consortia communiter lætantur, & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt, & dispar retributionis qualitas quam per opera diuersa consequuntur. *Lib. 4. Dial. cap. 35.*

Vnus ignis
est gehennæ,
sed non omnes
æqualiter
terruit.

Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vnusquisque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur pœna. Nā sicut in hoc mundo sub vno Sole multi consistunt, nec tamen eiusdem Solis ardorem æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, atque alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, vt & ignem non dissimilem habeant, & tamen eisdem singulos exurat. *Lib. 4. Dialog. cap. 42.*

Continētes,
cōiugati ac
p̄dicatores,
cūm di-
uersū vitæ

Coniugati quamuis & bene agant, & omnipotentem Deum videre desiderent, domesticis tamen meritis occupantur, & necessitate cogente in vitroque meritum diuidunt. Continentes autem ab huius mundi actione

actione remoti sunt, & voluptatem carnis etiam à licito coniugio restringunt: nulla filiorum cura, nullis noxijs ac difficilibus rei familiaris cogitationibus implicantur. Prædicatores verò non solum se à virijs coercent, sed etiam alios peccare prohibent, ad fidem ducunt, in studio bonæ conuersationis instruunt. Quomodo ergo vna eorum mensura est, quorum vitæ æqualitas vna non est? Sed mensura vna trium est, quia etsi in eis meritorum magna est diuersitas, tamen distantia in fide in qua tenduntur non est. Nam eadem fides quæ istos solidat in maximis, illorum infirmitatem continet in paruis. Vel certè trium vna mensura est, quia in retributione vltima quamuis eadem dignitas omnibus non sit, vna tamen erit omnibus vita beatitudinis. *Hom. 16. in Ezech.*

Ipsa veritas in Euangelio dicit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Apud Patrem quippe mansiones multæ sunt, quia in illa beatitudinis vita non dispari, vnusquisque iuxta dispar meritum, locum disparem percipit: sed eiusdem disparilitatis damna non sentit, quia tantum sibi quantum perceperit sufficit. Sorores ergo cum fratribus ad hæreditatem veniunt: quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur, quatenus si quis per imperfectionem non erit summus, ab hæreditatis tamen sorte per humilitatem non sit extraneus. Quas bene Paulus mansiones iuxta merita distributas insinuat, cūm ait: alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. *Lib. 35. Moralium cap. 24.*

cap. 24.

N S

S. Me-

genus se-
quantur, et-
iam diuersū
sunt habitū
ri præmiū.

Ioan. 14.

Quæ ad mo-
dum sol cae-
teraq; astræ
vnus qui-
dem sunt na-
turæ, diuer-
sæ tamē cla-
ritatis, ita &
homines
cūm sint v-
nius generis,
merito
tamen disti-
miles erūt.

1. Cor. 15.

5. Merita vnius alteri prodesse.

1. Reg. 14.

In electorū
examine nō
solum cul-
parum cau-
sæ pensandæ
sunt, sed et-
iam merita
personarū.

Dixitque populus ad Saul: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem magnā in Israel &c. Quid est ergo quod dicit. Ergo ne Ionathas morietur: nisi quia alius de eādē culpa morietur: Quibus nimirum verbis populi nobis ostenditur virtus magnæ discretiōnis: quia in electorum examine non solum culparum causæ pensandæ sunt, sed etiam merita personarum. Quod apertè his verbis ostenditur: quia non ideo Ionathas non morietur: affertur, quia erat filius regis, sed quia in Israel magnam salutem fecit. Cū ergo magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non sunt, quia priora opera promerentur, vt posteriorum grauitas leuigetur. Ipsa autem culpæ leuigatio non acceptiōne personæ decernenda est, sed respectu prioris vitæ: quia ad absolutionem illius sanctæ Ecclesiæ lucræ pensanda sunt, non carnalis affectiō admittenda. Sed quid mirum si ad absolutionem peccatoris propria merita suffragantur, quando in sacri eloquij auctoritate discamus, quia alij pro alijs liberati sunt. Aliorum quidem bono opere alij adiuuantur, sicut ad peccantem regem Salomonem à Domino dicitur: Quia non custodisti præcepta mea, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, sed de manu filij tui scindam illud. Hinc est quod non solum patrum opera filijs profunt, sed etiam ciues pro ciuibz liberandos agnouimus. Euer tendæ quidem Sodomæ se promissit Dominus parere, si in ea tantum decem iustos inueniret. Hierusalem quoque respici misericorditer dicitur, quia ali- quanta bona opera in ea inuenta sunt. Hinc est quod Heli vita propria iustus, sed auctoritate pastoralis remissus, à viro Dei audiuit: Pars magna do-

mus

1. Reg. 2 cap.

mus tuæ morietur cū ad virilem ætatem peruenierit, veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo, vt sacra scriptura hic apertè monstraret, & pro dissolutione percussum, & pro præterita cōuersatione respectum. Sed percuti fortasse ex parte potuit: quia qualemcunq; vitæ immunditiam habuit. De Ionatha ergo bene dicitur: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel: Hoc nephas est. Viuit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cūm Deo operatus est hodie. Quasi dicat: Qui magna opera fecit, absolui ex toto dignè promeruit. Quia igitur in Ecclesiastica censura etsi non est acceptio personarum, est tamen discretio meritorum, aptè conclusit sententiam dicens: Liberauit ergo Ionathan populus ne moreretur. *In cap. 14. lib. 1. Reg.*

Qui indignum Deo se fecit, dignum intercessorem exigit, vt alienis precibus expietur, qui proprijs mundari non posse cognoscitur. Vnde & piè Iacobus admonet, dicens: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Hinc iterum: Multum valet oratio iusti assidua. *In cap. 2. lib. 1. Reg.*

Ego autem etsi negotiari non valeo, lucris tamen negotij vestri congaudeo, hoc videlicet sciens, quia etsi me participem operatio non facit, laboris vestri me participem charitas facit: quia sicut existimo, bonum proximi etiam otioso commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter scit. *Lib. 6. Epist. cap. 201.*

Omnes Sancti qui iræ Dei obuiant, ab ipso accipiunt vt contra impetum percussione eius opponantur, atque vt ita dixerim cum ipso se erigunt contra ipsum, eosque diuina vis sibi opponit secum, quia la in nos de-

nent,

In Ecclesia-
stica centu-
ra etsi non
est acceptio
personarū,
est tamen
discretio
meritorū.


Iacob. 5.

Sancti diui-
ne iustitiæ
se se oppo-
nunt, ne il-
la in nos de-

Exod. 32.
 nent, intus eos gratia irascentis fouet: & famulantes
 interius leuat, quos quasi auersantes exterius tolerat.
 Portat ergo contradictionem deprecantium quam
 aspirat, & velut nolenti opponitur, quod ab ipso vt
 fiat, imperatur. Moyſi enim dicit: Dimitte me vt i-
 rascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faci-
 amque te in gentem magnam. Quid est seruo dicere,
 dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si a-
 pertè ei diceretur. Pensa quantum apud me valeas, &
 eognoſce quia obtinere poteris quicquid pro
 populo exoras. &c. *Vide totum cap.*

Libr. 9. Moral. cap. 12.

FINIS LIBRI SECVNDI.



CON-

205
 CONFESSIONIS

GREGORIANAE

LIBER TERTIVS, DECEM

comprehendens Capita.

CAPVT PRIMVM,

De Sacramentis gene-
 ratim.

1. *Sacramenta non esse tantum externas notas
 Christianae professionis, sed signa visibilia inui-
 sibilis gratiae, quae per eadem Sacra-
 menta confertur.*



VIA per ministerium hominum
 spiritualia in electis rectoribus dona
 cumulantur, adiunctum est: Et dire-
 ctus est Spiritus Domini in David *i. Reg. 16.*
 die illa, & in reliquum. Spiritus quip- *Foris Sacra-*
 pe Domini post vntionem dirigi- *menta per-*
 turquia foris Sacramenta percipimus, vt intus san- *cipimus, vt*
 cti Spiritus gratia repleamur. Foris namque homo, *intus sancti*
 intus Deus operatur, & non homo. Foris naq; homo *Spiritus gra-*
 surgit, intus se Spiritus dirigit: quia ordinem reli- *tia replea-*
 gionis homo homini præbet, sed in eum cui ordo *mur.*
 datur Spiritus dirigitur, vt foris sublimitatem susci-
 piat ordinis, & intus robur sancti Spiritus. Foris or-
 do committitur, vt quæ Dei sunt agere debeat; intus
 dirigitur spiritus, vt quod iniungitur potenter agat.
 Magnum quippe est onus ordinis, magna fragilitas
 carnis. Onus ergo tantum quia debili committitur,
 dirigitur spiritus vt debilis roboretur & magnum o-
 nus tanto gratius ferat, quanto ipsum omnipotens
 Spiritus fortius ad ferendum iuuat. *In ca 16. lib. 1. Reg.*

l. 2. Ser-

2. *Sacramenta noua legis ex Christi sanguine vim habere.*

Canonic. 1.

EXultabimus & lætabitur in te, memores vberum tuorum super vinum. Sancta anima sponsa Christi in sponsi sui delicijs exultat, dum corporalialia respuit, & in spiritualibus se occultat. Eundemque sponsum delicias suas facit, in cuius respectu mundana omnia non curat. Sed hæc in memoria vberum agit: quia dum recolat quanta charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine suo eam motiens in cruce redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesie matris eiusdem sanguinis lacte nutrit, procul dubio magis ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac bene super vinum dulce esse dicitur, quia per sanguinẽ Christi misericorditer educamur, qui per legis literam seuerè prius constringebamur. *In*

Sanguis Christi animam redemit, eademque quotidie suo sanguine in Sacramento Eucharistie nutrit & fouet.

2. Cor. 13.

Quid per vaccam, nisi ad sacrificium assumpta incarnationis Dominicæ infirmitas designatur: Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininum potest infirmitas designari; & de eo scriptum est: Quia etsi mortuus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute Dei. Ipse est enim summus Pontifex noster, qui in ara crucis pro totius mundi sanitate, sui corporis hostiam obtulit. Pontifex videlicet futurorum bonorum, qui per proprium sanguinem in sancta æterna redemptione inuenta læmel intrauit. Hæc autem vacca rufa dicitur, vt in ea sanguinis Christi rubor euidenter demonstraretur. *In Psal. 4.*

pœnitent.

3. In

3. *In quibusdam Sacramentis imprimi characterem, ideoque iterari non posse.*

Illud autem quod dicitis vt is qui ordinatus est, iterum ordinetur, valdè ridiculum est, & ab ingenij vestri consideratione extraneum, nisi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus est qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit autem à fraternitate vestra sic sapere. Sicut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia iudici debet, & tamen ordo seruari. *Libr. 2. Epist. cap. 32.*

De dedicationum Ecclesiarum dubitatione, super qua inter cætera nos consuluistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod nos ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est vt quotiens tam de baptismo aliquorum, vel confirmatione, quàm de Ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis nec testibus ratio certa habetur vtrum baptizati vel confirmati, siue Ecclesie consecratae sunt, vt baptizentur tales ac confirmentur, atque Ecclesie canonicè dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat, quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indicijs offenditur ritè peractum. *Libr. 12. Epist. cap. 31.*

Semel ordinatus & baptizatus, iterum ordinari & baptizari nõ debet.

Si de baptismo vel confirmatione alicuius dubitetur, conditionaliter baptizari & confirmari tales debet.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM,

De Sacramento Baptismi.

1. *Baptismum verè & propriè Sacramentum esse nouæ legis.*

In fidei Sacramento, hoc est in baptis-
mate, peccata totaliter dimittuntur.
Psal. 72.

SI qui sunt qui dicunt peccata in baptis-
mate superficiè tenus dimitti, quid est hac prædicatione infidelius, in qua ipsum fidei Sacramentum festinant soluerè: in quo principaliter ad cælestis munditiæ mysterium anima ligatur, vt absoluta radicitus à peccatis omnibus, soli illi inhæreat, de quo Psal mista ait: Mihi autè adhærere Deo bonum est. Certè .n. maris rubri trāsitus figura sancti baptismatis fuit, in quo hostes à tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in Eremo sunt inuenti. Sic quippe omnes qui in sancto baptis-
mate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis velut Aegyptij hostes à tergo moriuntur. *Libr. 9. Epist. cap. 39.*

Quisquis fidem redemptoris suscipit, per redemptionis nostræ baptismum renascitur, & Spiritus sancti gratia ab omni peccato redimitur. Vnde & electis redemptis eiusdem Spiritus sancti donum insinuans Paulus Apostolus ait: In quo signati estis in die redemptionis. Si ergo consideremus populum dudum in circumcisione superbum Spiritum sanctum amittere, videmus pariter in baptizatos eiusdem Spiritus directionem. In quo nos quidem dirigimur, quia per superbiam illi sancti Spiritus gratiam perdidit. *In cap. 16. lib. 1. Reg.*

2. *Baptismum ad delenda peccata necessarium esse.*

CVm primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem quam acceperant

recto

recto Dei iudicio perdidit. Quia itaque omnipotens Deus humanum genus pro culpa sua funditus extinguere noluit, & immortalitatem homini pro peccato suo abstulit, & tamen pro benignitate suæ pietatis fecunditatem ei sobolis referuauit. Quod ergo naturæ humanæ ex omnipotentis Dei dono seruatum est, qua ratione poterit à sacri baptismatis gratia prohiberi? Illi quippe mysterio, in quo omnis culpa funditus extinguitur, valdè stultum est si donum gratiæ contradicere posse videatur. *Interrogat. Augustini ad Gregor. cap. 10.*

Certè maris rubri transitus figura sancti baptismatis fuit, in quo hostes à tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in heremo sunt inuenti. Sic quippe omnes qui in sancto baptis-
mate tinguntur eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis velut Aegyptij hostes à tergo moriuntur sed in heremo alios hostes inuenimus, quia dum in hac vita viuimus, priusquàm ad promissionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terram inuentium tendentibus iter intercludere festināt. Qui ergo dicit peccata in baptis-
mate funditus non dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fateatur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptis-
mate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolute nostra veritas, quàm umbra veritatis. *Libr. 9. Epist. cap. 39.*

(Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi) Engaddi interpretatur fons hœdi. Hœdus autem antiquitus pro peccatis immolabatur. Quid ergo per fontem hœdi, nisi baptismus Christi figuratur? In quo dum corpus mergitur, anima abluitur, & per illius fidem qui pro peccatoribus mortem pertulit, anima humana à peccatis omnibus mundari se credit. *In cap. 1. Cantic.*

In baptis-
mo omnis
culpa fun-
ditus extin-
guitur.

In baptis-
mo omnia
peccata ira
verè dimittuntur, vt in mari rubro verè Aegyptij mortui sunt.

Cantic. 1.

In fonte baptis-
matis
dum corpus
mergitur, a-
nima ablu-
tur.

3. In baptismo Spiritum sanctum conferri.

Cantic. 4.
Ecclesia in
baptismate
Spiritum S.
recipit.

Veni de Libano sponſa mea.] Libanus quippe dealbatio interpretatur. Quid ergo per Libanū nisi baptisma intelligitur, in quo sancta Ecclesia aqua abluitur, & à peccatorum nigredine per Spiritum sanctum quem recipit, & per Christi fidem dealbatur? *In cap. 4. Cantic.*

Cantic. 1.

(Ideo adolescentulæ dilexerunt te.) Quid per adolescentulas, nisi sanctæ animæ designantur, quæ baptismatis aqua per Spiritum sanctum regenerantur, & in nouam vitam per nouum testamentum transformantur. *In cap. 1. Cantic.*

Remissio peccatorum opus Spiritus sancti est. Nā & de baptismo Christi, in quo remissio peccatorum danda erat, dixit Ioannes: Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Vnde etiam super baptizatū Dominum in columbæ specie Spiritus sanctus descendit, vt ex hoc aperte ostenderet, quia spiritalis gratia per lauacrum baptismatis credentium corda mundaret. *In Psal. 4. penitent.*

Spiritalis
gratia per la
uacrum bap
tismatis
credentium
corda emun
dat.

Ad cælos Dominus ascendit, & Spiritum sanctū suum super discipulos misit: Quo impleti verba salutis mundo prædicarent, & per sancta opera boni odoris famam circumquaque diffunderent. Hunc quippe Spiritum in baptismo vnaquæque fidelis anima recipit, vt per eum sibi ex vitæ corruptum confectione vnguenta componat, & proximos à Deo virtutum exhibitione quasi vnguente odore reficiat. *In cap. 1. Cantic.*

Vnaquæque
fidelis ani
ma Spiritū
S. in bap
tismo recipit.

Per nos quidem (Sacerdotes) fideles ad sanctum baptismum veniunt, nostris precibus benedicuntur, & per impositionem nostrarum manuum à Deo Spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cælorum pertingunt: & ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus. *Hom. 17. in Euang. circa finem.*

4. Ana.

4. Anabaptismum Donatistis in vsu fuisse.

In illis partibus (Aphricæ) quantum didicimus, ita Donatistarum creuit audacia, vt non solum de suis Ecclesijs auctoritate pestifera eieciant Catholicæ fidei Sacerdotes, sed & quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. *Lib. 3. Epist. cap. 32.*

Donatistæ
in Aphricæ
semel bap
tizatos rebap
tizabant.

Res ad nos omnino dura & rectæ fidei inimica peruenit: quia quod dici nefas est, Catholici homines & religiosi, quod est deterius, filias mancipiaque sua, vel alios quos in potestate habent, in Donatistarum hæresi baptizari consentiunt, & ideo si verum est, fraternitas vestra hoc summum opere studeat emendare, quatenus sinceritas fidei vestra sollicitudine inremerata consistat, & innocentes animæ quæ Catholico baptismo saluari poterant, hæreticorum infectione non pereant. *Lib. 5. Epist. cap. 136.*

5. Baptismum Ioannis non habuisse eandem vim & efficaciam cum baptismo Christi ad remissionem peccatorum.

Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ioannes non in Spiritu, sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat, nisi vt præcursionis suæ ordinem seruans qui nasciturum nascendo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret: & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione Sacramenti? *Hb. 7. in Euen.* (Et venit in omnem regionē Iordanis, prædicās ha-
ptismū penitentiae in remissionē peccatorū.) Cū istis
legem

Ioan. 1.
Baptisma
Ioannis pec
cata soluere
nō poterat.

Luce 7.

Ioannes et si poenitentiam baptismum praedicauerit, atque etiam quibusdam dederit, tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit: haec namque in solo Christi baptismo nobis tribuitur.

Ad Tit. 1.

1. Ioan. 2.

In die baptismatis omnibus antiqui hostis operibus & pompis abrenunciare nos promissimus.

legentibus liquet, quia Ioannes non solum baptismum poenitentiae praedicauit, verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum; quoniam baptismum quod peccata solueret quia dare non poterat, praedicabat, ut sicut incarnatum Verbum Patris praecurrebat verbo praedicationis, ita baptismum poenitentiae quo peccata soluuntur praecurreret suo baptismate quo peccata solui non possunt: ut quia eius sermo praecurrebat praesentiam redemptoris, ipsum quoque eius baptismum praecedendo umbra fieret veritatis. *Hom. 20. in Euang.*

6. *Baptizandos abrenunciare Satana ac pompis eius.*

Vera fides est, quae in hoc quod verbis dicit, motibus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Ioannes ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostrae veritatem in vitae nostrae consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus antiqui hostis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promissimus. Itaque vnusquisque vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat, & si seruauit post baptismum quod ante baptismum spondit, certus iam quia fidelis est, gaudeat. Sed eccesi quod promissit minime seruauit, si ad exercenda praua opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est,

sus est, videamus si iam scit plangere quod errauit. *Homil. 29. in Euang.*

(A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in Domino.) Possimus per custodiam matutinam ipsa fidei nostrae rudimenta accipere, ut a tempore accepti baptismatis, post illustrationem gratiae salutaris, intentionem suam vnusquisque ad Deum dirigat, & spem suam in eo singulariter ponat. Quasi enim matutinam lucem recipit anima, cum tenebris infidelitatis expulsis & vitiorum deterfa caligine, & emundatis peccatorum maculis per lauacrum regenerationis paulatim incipit Deum agnoscere, & in lumine iocundari cognitionis diuinae. *In Psalm. 6. poenitent.*

CAPVT TERTIVM, DE paruulis & baptismu paruulorum.

1. *Paruulos etiam Christianorum nasci in peccato Originali, & ab eo non nisi per lauacrum regenerationis vindicari posse.*

Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex utero non statim perij? quare, exceptus genibus? cur lactatus vberibus: nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem. Nunquid si egressus ex utero statim perijisset, retributionis meritum ex hac ipsa perditione susciperet: nunquid aeterna requie abortiui persruuntur? Quisquis enim regenerationis vnda non soluitur, reatus primi vinculis ligatus tenetur. Quod verò apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui

Psal. 6.

Vnusquisq;
cum primi
parentis cul-
pa concipi-
tur; & quem
salutis vnda
non diluit
Originalis
culpx sup-
plicia non
amittit.

Ioan. 3.

Psal. 51.

Originale
peccatum
solum mo-
do per bap-
tismum tol-
litur.

qui ex Abrahæ stirpe prodierant, mysterium circuncisionis. Nam quia vnusquisque cum primi parentis culpa concipitur, Propheta testatur, dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et quia is quem salutis vnda non diluit, originalis culpx supplicia non amittit, aperte per semetipsum veritas perhibet, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non habebit vitam æternam. *Lib. 4. Moral. cap. 2.*

(Beati quorum remissæ sunt iniquitates.) Quasi dicat: cum omnes velint esse beati, diuersi de beatitudine diuersa sentiunt, & desideriorum suorum errores sectantes, ad beatitudinis portum per deua venire proponunt. Sed quicquid illi æstiment, istud est ratum, istud est Catholicum, quod illi solû sunt beati, quorum remissæ sunt iniquitates originales per baptismum. *In Psal. 2. penit.*

Illud incertum non est, quia nisi sacri baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta. *Lib. 7. Epist. cap. 55.*

Peccatum originale à parentibus trahimus, & nisi per gratiam baptismatis soluamur, etiam parentum peccata portamus, quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. *Lib. 25. Moralium cap. 22.*

2. *Inruulos regenerationis lauacro nondum expiatis, vitam æternam consequi non posse.*

Iob 9.

Paruuli cū
bona opera
nulla fecerint, neq; in
fide Christi
baptizati
sint, peruenire ad vitam
æternam nō
possunt.

Multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Nonnulli etenim prius à præsentī luce subtrahuntur, quàm ad perferenda bona malæ merito actiue vitæ perueniant: quos quia à culpa originis sacramenta salutis non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnum vulnus est corruptibilem nasci, aliud carn-

carnaliter emori. Sed quia post mortem quoque æterna mors sequitur, occulto eis iustoque iudicio etiã sine causa vulnera multiplicantur. Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. *Lib. 9. Moral. cap. 16.*

Ex his Gregorij verbis videtur colligi posse contra communem Theologorum sententiam infantis, nimirum absque baptismo decedentes perpetuis damnatorum tormentis sensibilibiter puniri. In qua sententia & ipse D. Augustinus videtur fuisse, qui in libro de fide ad Petrum, cap. 27. ita hac de re scribit: Firmissime tene & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione viuentes, veram etiam paruulos qui sine in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue de matribus nasci sine Sacramento sancti baptismatis quod datur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti de hoc seculo transeunt, ignis æterni supplicio puniendos, quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, Originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt. At verò D. Thomas in questionibus disputatis, questione de pœna peccati Originalis, artic. 2. propositas Gregorij & Augustini sententias mitigans, dixit eos per ignem gehennam, atque tormenta nihil aliud significare voluisse quàm priuationem diuinæ visionis, qua sola carere nondum renati infantes. Hanc autem priuationem Patres illi tam duris nominibus appellarunt per excessum quemdam loquendi, vt multò magis execrabilem redderent Pelagianorum errorem, qui in paruulis prædicabant nullum esse peccatum.

Secundum capitulum aduersus Adrianum videtur esse propositum de infantibus eius iussu à sacri baptismatis susceptione prohibitis, atque ita inabluta sordē peccati defunctos in tenebris. *Lib. 2. Epist. cap. 46.*

O 4

3. Baptis-

Infantes sine baptismo defuncti inabluta sordē peccati, in tenebris versantur.

3. *Baptismum prodesse parvulo, quamvis aliena fide susceptum.*

Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides (*parentum & aliorum fidelium*) vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abraham stirpe prodierant mysterium circumcisionis. *Lib. 4. Moral. cap. 2.*

CAPVT QVARTVM, DE
Cæremonijs, & ijs rebus quæ circa baptismum geruntur.

In baptismo visibili unguento seu Chrysmate fideles inungi moris esse.

Presbyteri baptizatos infantes signare sacro in frontibus Chrysmate non præsumant. Sed Presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postmodum ungere debeant in fronte. *Lib. 3. Epist. cap. 9.*

Parte 1 disti. 95 peruenit. de consec. di. 4. Presbyteri baptizatos. 4. sentent. dist 7. c. 1.
Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros chrysmate tangere in fronte eos qui baptizandi sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus, sed omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrysmate tangere debeant, concedimus. *Lib. 3. Epist. cap. 26.*

Quia charitati nil longè est quos diuidunt loca, iungat epistola. Lator itaque præsentium ad B. Petrum Apostolorum principis Ecclesiam veniens, fraternitatis vestræ se asseruit ad nos epistolas accepisse; casus que in Hierosolymorum vrbe cum rebus quoque

alij

alijs perdidisse. In quibus, sicut ipse ait, studuistis inquirere, sacerdotes ac plebes, quæ Nestorianæ hæresis errore confusæ sunt, cum ad matrem electorum omnium Catholicam Ecclesiam reuertuntur, vtrū baptizari debeant, an certè solius veræ fidei confessione eiusdem matris Ecclesiæ visceribus adiungi. Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus, ut qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vñctione chrysmatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum matris Ecclesiæ reuocentur. Vnde Arianos per impositionem manus occidens; per vñctionem verò sancti chrysmatis ad ingressum sanctæ Ecclesiæ Catholicæ oriens reformat. *Lib. 9. Epist. cap. 61.*

2. *Trinam mersionem in baptismo, fuisse vsitatam Gregorij ætate.*

De trina verò mersione baptismatis nil responderi verius potest quàm quod ipsi sensistis, quia in vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio in sans ab aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis fortè etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque istud aliquid obstat baptizandos semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel immergere, quando & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed quia nunc huc vsq; ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur, sciendum apud nos esse non censeo, nec dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant, dum que quod faciebant faciunt, se morem nostrum vicisse gloriantur. *Lib. 1. Epist. cap. 41.*

Illi qui ab hæreticis in nomine Trinitatis baptizati sunt, dum ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ reuertuntur, rebaptizandi non sunt, sed sacramenta talia in ijs solummodo suppleri debent.

Trina mersio in baptismo triduanæ sepulturæ sacramentum significat.

quando adhuc ad inuicem nostras conscientias non videmus. Quid autem prodest corpus & sanguinem illius ore percipere, & ei peruerfis moribus contrari: *Homil. 22. in Euang.*

Job. 31.

(Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur?) Quæ nimirum sententia potest quoque per mysterium ex voce redemptoris intelligi. Viri quippe eius tabernaculi de carnibus illius saturari cupierunt, vel Iudæi scilicet persequentes, vel gentiles credentes: quia & illi moliti sunt corpus illius quasi consumendo extinguere, & isti eferunt mentem suam desiderant quotidianæ immolationis sacrificio de eius carnibus satiare. *Lib. 22. Moral. cap. 11.*

Satis hic aperte Gregorius describit præsentiam veram & realem corporis Christi cœlestis, summi & inuisibilis in specie panis terreni & visibilis.

Nota hic nullam sancti sanguinis mentionem fieri, vt intelligas, etiam hoc Gregorius sæculo laicos sub vna specie communionem accepisse quoadque.

2. *In sacro sancto Eucharistia sacramento substantiam panis & vini, post consecrationem non remanere.*

Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnum quoque ex visibilibus atque inuisibilibus fieri? *Libr. 4. Dialog. cap. 58.*

Matrona quædam B. Gregorio per stationes publicas Missarum solennia celebranti solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria traditurus, cum diceret: Corpus Domini nostri Iesu Christi conferuet animam tuam, lasciua subrisit. Ille continuo dextrâ ab eius ore conuertens, partem illam Domini corporis super altare deposuit. Expletis verò Missarum solennijs, matronam coram populo inquisiuit, quâ obrem corpus Dominicum sumptura ridere præsumpserit. At illa diu mussitans, tandem prorupit: Quia, panem, iniquens, quem proprijs manibus fecisse

fecisse cognoueram, tu corpus Dominicum perhibebas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris cū tota plebe se in oratione prostrauit. Et paulo post surgens, particulam panis quam super altare posuerat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ matronæ demonstrans, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quàm totum populum confirmare curauit. Rursus itaq; in orationem cum eisdem prostratus, carnis frustum in panis primordia reformauit. *Ioannes Diaconus in vita B. Gregor. lib. 2. cap. 41.*

Aliud miraculum de emanatione sanguinis, vide apud eundem cap. 42.

3. *In Eucharistia admirabili Sacramento, non in usu tantum dum sumitur, verum etiam ante & post sumptionem, verum corpus & verum sanguinem Christi esse.*

Quadam die dum quidam puerulus Monachus parentes suos vltra quàm deberet diligens, atque ad eorum tabernaculum tendens sine benedictione de Monasterio exiisset, eodem die mox vt ad eos peruenit defunctus est. Cumque esset sepultus, die altero proiectum foras corpus eius inuentum est, quod rursus tradere sepulturæ curauerunt. Sed sequenti die iterum proiectum exterius, atque inhumatum sicut prius inuenerunt. Tunc concitè ad Benedicti patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus communionem Domini corporis dedit, dicēs: *Ite, atq; hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, & sic sepulturæ eum tradite. Quod dum factum fuisset, susceptum corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. *Libr. 2. Dial. cap. 24.*

* *Hæc*

* *Hæc delatio Eucharistiæ supra defuncti pectus posita, non fuit vlla actio cœnæ Dominicæ, neque S. Benedictus Eucharistiæ tunc consecrauit, (quippe qui sacerdos non erat) sed habebat in Ecclesiâ sua asseruaciam. Vbi etiam notandum est mendacium Petri Martyris in libro contra Gardinerum obiectione 38 quo in loco vt hoc exemplum ex osum reddat, scribit iussu Benedicti Eucharistiæ in os mortui fuisse iniectam: Benedictus, inquit, Pseudomartyr, iussit Eucharistiæ in os inferi defunctæ mulierculæ, quod omnino falsum est. Nam verba B. Benedicti, vt Gregorius hic commemorat, sunt hæc: Ita, atq; hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia posuit. Neque credendum est relictum Dominicum corpus in sepulchro cum homine mortuo, sed tantum posuit supra pectus eius, dum collocaretur in tumulo, ac deinde continuo ablatum, nisi forte loquatur Petrus Martyr de eo quod scribit Gregorius capite superiori de duabus scilicet testimoniis, verum etiam in hoc erraret: non enim Benedictus iussit inferi Eucharistiæ in os earum defunctorum mulierum, sed pro illis Domino immolari.*

Similequid legitur apud Ambrosium de Sathuro in oratione de obitu eius cap. 7.

Gregorij sæculo Monachi quidam de ipsius societate à Constantinopoli Ramam nauigantes, in nauis secum Eucharistiæ deferebant, vt in periculo naufragij non sine communionem discederent. Vide Ioannem Diaconum lib. 1. de vita B. Gregor. cap. 33.

4. *Confessionem peccatorum ante Eucharistiæ sumptionem instituentiam, & huc mentem diligenter preparandam esse.*

CArnes agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ abstergat à mentis sto-

is stomacho peruerse humorem vitæ. *Hom. 22. in Euang.*

Qui quotidie non exhaurit quod delinquit, & si minima sunt peccata quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei merito auferunt fructum internæ saturitatis. Hac repletionem nos euacuare Paulus innuans ait: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco se probare nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatū ad Dominicam mensam & purum exhibere? De repletis etiam subdit: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad pœnitentiæ lamenta curramus, quia ipsa sola virtus est quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et tunc verè famelici saturantur, quia quo studiosius mundamur lamento pœnitentiæ, eò vberiore diuinæ gratiæ fructum recipimus in spiritali refectione. *1. Cor. 11. cap. 2. lib. 1. Reg.*

(Sic autem comedetis illum; renes vestros accinetis.) Quid in renibus nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens: Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vti minimè petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maximè per luxuriam præualuit, de illo voce Dominica dicitur. Potestas eius in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, vt qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem à luxuria restringat. *Hom. 22.*

in Euang.

Renes accinctos habere debet, qui verum Christi pascha comesturus est.

S. Viti-

5. *Vtilem esse ac salutarem fidelibus frequentem sacrosancti corporis Christi communionem.*

Hæc victima (corporis & sanguinis Domini) singulariter ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur. Eius quippe corpus ibi sumitur, eius caro in salutem populi partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. *Lib. 4. Dial. cap. 58.*

Quid ergo agendum est fratres, nisi vt dum nos cõsimplo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspicimus, dum adhuc longè est, legationem mittamus, & rogemus ea quæ pacis sunt? Longè enim esse dicitur qui adhuc præsens per iudicium non videretur. Mittamus ad hunc legationem, lachrymas nostras, mittamus misericordiæ opera, mactemus in ara eius hostias placationis, cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere. Pensamus virtutem eius fortitudinis, rogemus ea quæ pacis sunt. Hæc est nostra legatio, quæ regem venientem placat. Pensate fratres quam benignum sit, quod is qui suo aduentu valet opprimere, tardat venire. Mittamus ad hunc, vt diximus legationem nostram, flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram cum lachrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur. *Hom. 37. in Euang.*

Multum ad absolutionem nostram conducit facti altaris hostia frequenter immolata & percepta.

6. Im-

6. *Impios etiam sicut Iudam accipere corpus Christi.*

Quod verò diabolus cor hominis ingrediatur, si Euangelio creditur non negatur, ibi enim scriptum est: Et post buccellam introiit in eum sathanas. Et rursus ibi dicitur: Cum diabolus se iam misisset in cor Iudæ vt traderet eum Iudas. *Lib. 7. Epist. Indist. 2. cap. 195.*

Iudas corpus Christi in propriam damnationem accepit.

Immundi Sacerdotes se sacerdotali culmine deictos per luxuriæ inquinamenta cognoscunt, & tamen contra Dei voluntatem sacra mysteria tractare non desinunt. Sed rex contra Domini voluntatem regnans non est rex, sed tyrannus fuit, quia sacerdos indignus qui merito suæ iniquationis abijcitur cõministrare præsumit, ad tantæ gloriæ culmen damnandus ascendit. Vnde & tyrannos terrere volens cæli ille magnus senator. Qui manducat panem (inquit) & bibit sanguinem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit. *In cap. 15. lib. 1. Reg.*

1. Cor. 11.

Per Prophetam Dominus dicit: Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos. Valdè ergo saturantur famelici, quia in donorum plenitudine, super humiles spiritus S. requiescit. Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atq; audaces Domini corporis susceptores dici non inconuenienter potest. Repleti verò prius sunt, vitiorum que cibo saturati, qui pro pane se locant, quia corpus ad susceptionem Eucharistiæ preparant. Qui nimirum comedunt & saturati non possunt, quia etsi sacramentum ore percipiunt, virtute sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo illa sacramenti ideo ieiunant, quia prius repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ, qui ea quibus se repleuerant flagitia portant in mente. Non

Esaiæ 56.

Mali sacerdotes etsi sacramentum ore percipiunt, virtute tamen sacramenti nequaquam replentur.

faturantur ergo nisi famelici, quia à vitijis perfectè immantentes, diuina sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. *In cap. 2. lib. 1. Reg.*

7. *Morientibus quondam Eucharistiam pro viatico dari solere.*

Qui mortui iam sunt. vicini, muniti sunt sacrosancto Eucharistia Sacramento.

Sicut sancti mysterij gratia viuentibus atque discernentibus cum magna discretione prouidenda est, ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est, ne dum ad huc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora, inueniri non valeat qui redimatur. *Interrogat. Augustini ad Gregor. cap. 10.*

Romula ex hac vita discessura viaticum petijt, & accepit. *Hom. 40. super Euang. in fine.*

S. Benedictus hinc migraturus, exitu suum Dominici corporis & sanguinis perceptione munivit.

S. Benedictus correptus febribus acriter cepit ardore fatigari: cum que per dies singulos languor ingrauesceret, sexta die portari se in oratorium à discipulis fecit, ibique exitum suum Dominici corporis & sanguinis perceptione munivit, atque inter Discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cælum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. *Lib. 2. Dial. cap. 37.*

Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem poenæ sententia in te fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Eos vero quorum consilio hæc egisti in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus, ita tamen vt si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. *Lib. 7. Epist.*

Indict. 2. cap. 1.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM, DE
Sacrificio Missæ, eiusque Cæ-
remonijs.

1. *Sanctam Eucharistiam non solum confici & distribui, sed etiam in veteri Ecclesia pro viuis ac defunctis offerri solitam esse.*

Beatissimo Agapito Papæ: quadam die curandus oblatus est mutus & claudus, qui neque vlla verba ædere, neque ex terra vnquam surgere valebat. Cumque hunc propinqui illius stentes obrulissent, vir Domini sollicitè requisit an curatio illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex auctoritate Petri, fixam salutis illius spem habere se dicerent, protinus venerandus vir orationi incubuit, & Missarum solennia exorsus, sacrificium in conspectu Dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens claudi manum tenuit, atque assidente & aspiciente populo cum mox à terra in proprijs gressibus erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. *Lib. 3. Dialog. cap. 3.*

Multi vestrum fratres charissimi Cassium Narniensis vrbs Episcopum nouerunt, cui mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita vt pene nullus dies vitæ eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret: cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. *Howil. 37. in Euang.*

Singulariter ad absolutionem nostram oblata cum lachrymis & benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur: quia is, qui in se resurgens à mortuis iam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei hostiam suæ passionis (in sacrificio Missæ) offerimus, totiens nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus. *Ibidem.*

P 2

B. Gre.

Agapitus Papa claudus sanatus, dum pro eo sacrificium Missæ offerret.

Mutus & claudus pro Dominico corpore, cõfessim loquitur.

Cassius Narniensis quoties sacri Missæ officium Deo offererat.

B. Gregorius pro anima iusti monachi in proprietate mortui curauit triginta diebus continuis Missæ sacrificium offerri, quoadusque per salutis hostiæ oblationem à pœnis liberatus esset. *Libr. 4. Dial. cap. 55. vide etiam cap. 58. & 59.*

Fideles sub sacris Missæ quondam è manibus Sacerdotis sacramentis communione nem periciebant, sicuti & hoc tempore fit.

De hoc autem quod scripsisti fratrem & Coepiscopum nostrum Ianuarum tempore quo sacrificium celebrat, tantam pati frequenter angustiam, vt vix post longa intervalla ad locum Canonis redire valeat quem reliquit, atque ex hoc multos dubitare, si communionem debeant de eius consecratione percipere, admonendi sunt vt nullatenus pertimescant, sed cum omni fide & securitate commutent, quia ægrotudo personæ, sacri mysterij benedictionem nec mutat nec polluit. *Libr. 11. Epist. cap. 59.*

2. *Angelos astare Sacerdoti dum sanctissimum Missæ sacrificium Deo offert.*

Innumerabiles Angelorum cateruæ sacris assistant altari- bus tempore sacrificij.

Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cælestibus iungi, vnum quoque ex visibilibus, atque inuisibilibus fieri? *Libr. 4. Dialog. cap. 58.*

3. *Vino in calice offerendo miscendam esse aquam.*

In vita Gregorij Pape.

Refert Paulus Diaconus Gregorium ita coram populo locutum esse: Præcius conditor nostræ infirmitatis, ea potestate qua cuncta fecit ex nihilo, panem & vinum aqua mistum manente propria specie, in carnem & sanguinem suum Spiritus sui sanctificatione conuertit.

A. Vasa

4. *Vasa sacra & vestes in vsu fuisse Gregorij tempore ad diuina peragenda mysteria.*

Paruulam benedictionem de amatoris vestri sancti Petri Ecclesia sex minora Aquitanica pallia, & duo oratoria ei transmisi, quia cum multum diligo, etiam de paruis præsumo. *Lib. 6. Epist. cap. 291.*

Pallium ad sacra Missarum solennia vtendum ex more transmisiimus. *Lib. 3. Epist. cap. 1.*

Fuscus Archiater ardore fidei prouocatus preces effudit, dicens Opilionem Diaconum, sed & seruum Dei Crescentium, clericos Beneficentæ Ecclesiæ, oblitos timorem futuri iudicij ministeria præfatæ Ecclesiæ Hebræo cuidam quod dici nephas est vendidisse: id est in argæto calices duos, coronas cum delphinis duas, & de alijs coronis lilios, pallia maiora sex & cetera. *Libr. 1. Epist. cap. 66.*

5. *Gregorium quadam verba sacro Canonis addidisse, & nonnullos ritus in Missæ sacrificio obseruandos instituisse.*

B. Gregorius Gelasianum codicem de Missarum solennijs multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla adijciens pro exponendis Euangelicis lectionibus in vnius libri volumine coarctauit. In Canone apposuit, *Diesq; nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. *Ioannes Diaconus in vita Gregor. lib. 2. cap. 17.*

Veniens quidam de Sicilia mihi dixit, quod aliqui amici eius vel Græci vel Latini nescio quid quasi sub zelo s. Romanæ Ecclesiæ de meis dispositionibus murmurarent, dicentes: quomodo Ecclesiam Constantinopolitanam disposuit comprimere, qui eius consuetudines per omnia sequitur? Cum enim

Gregorius ante annos circiter mille missin Angliam ad nouam illam Ecclesiam præter sacra vasa, & reliquias

Sanctorum arq; altarij ornamenta, etiam vestimenta sacerdotalia & clericalia, vt scribit Ioannes Diaconus li. 2. vita B. Gregor. ca. 37. & Beda lib. 1. hist. cap. 29.

* Idem fateatur Sirabo ca. 22 & Beda lib. 2. histor. Anglie. ca. 1.

dicerem quas consuetudines sequimur, respondit: quia Alleluia dici ad Missas extra Pentecostes tempora fecistis, quia Subdiacones spoliatos procedere, quia Kyrie eleison dici, quia orationem Dominicam post Canonem dici statuistis. Cui ego respondi, quia in nullo eorum secuti aliam Ecclesiam sumus. Nam ut Alleluia hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex B. Hieronymi traditione tempore beatæ memoriæ Damasi Pape traditur tractum; & ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tradita. Subdiacones autem ut spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesiæ fuit: sed placuit cuidam nostro Pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit. Nam vestræ Ecclesiæ nunquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde habent ergo hodie ut Subdiaconi lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc à matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur: quia in Græcis simul omnes dicunt, apud nos autem à clericis dicitur, à populo responderetur, & totidem vicibus etiã Christe eleison dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dici solent tacemus. Orationem autem Dominicam idcirco mox post precem dicimus, * quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solum modo orationem oblationis hostiam consecrarent: Et valde mihi inconueniens visum est, ut precem quam scholasticus composuerat super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam redemptor noster composuit super eius corpus & sanguinem non diceremus. Sed & Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos autem à solo Sacerdote. In quo ergo Græcorum consuetudines secuti sumus, qui aut veteres nostras reparauimus, aut nouas & vtilis constituimus, in quibus tamen alios

Hieronymus tempore Damasi instituit, ut Alleluia in Missis sacrificio diceretur.

Nota.

Gregorius fatetur se veteres quasdam consuetudines reparasse, &

compro-

comprobamur imitari? *Libr. 7. Epistol. Indiç. 2. nonnullas nouas vtilis constituisse, in sacrificio Missæ obseruandas.*

* Non desunt qui negent Apostolos vnquam ad solam Dominicam orationem Eucharistiæ mysterium celebrasse. Videtur enim Gregorius id accepisse ex Hieronymo in libr. 3. contra Pelagianos; sed Hieronymus dicit, Apostolos Dominico præcepto ad celebrationem Eucharistiæ adhibuisse orationem Dominicam, non autem dicit solam Dominicam orationem adhibuisse. Verum ut est, non facile repudiandum est quod S. Gregorius scribit, neque est verisimile tantum virum non animaduersisse, quid Hieronymus ante scripserit quare dicendum Apostolos iniuio solam Dominicam orationem ad verba consecrationis in mysterio Eucharistiæ addere solitos, postea tamen eosdem Apostolos multa alia admixisse: nam certe orationem pro defunctis in sacrificio Missæ ex Apostolica traditione descendere constanter docet Chrysostomus homil. 3. in Epist. ad Philippens. & alibi. An vero hic scholasticus, cuius Gregorius hoc in loco meminit, sit alicuius proprium nomen, certò sciri non potest: longè tamen probabilius est per scholasticum hic intelligi virum aliquem insignem eruditione & eloquentia. Quemadmodum Hieronymus lib. de Scriptor Eccles. scribit Sevapionem virum doctissimum ob ingenij elegantiam Scholasticum nomen adeptum. Vide de hac re latius Robertum Bellarminum cap. 19. lib. 2. de Sacrificio

Missæ. Tom. 2.

P 4

CAPVI

CAPVT OCTAVVM, DE Sacramento Pœnitentiæ.

1. *Baptizatos in Christo non posse in peccata re-
labi, falsum & hæreticorum dogma
esse.*

1. Reg. 3.
Nouatiani
impossibile
iudicabant
baptizatos
in peccata
relabi.

ET venit sermo Samuelis in vniuerso Isneli. J
Hæreticorum quippe sermo non venit. Nouati
enim sermo fuit: quia iustus Deus semel apsis
fidelibus nequaquam parcat. Origenis sermo fuit,
quia misericors Dominus nullam creaturam ratio-
nalem perire per æternam damnationem, sinit. Sed
quia conuersi ad Dominum peccatores nequaquam
pereunt, & semel lapsi Angeli, & in peccato suo nor-
tui peccatores nunquam saluantur, hæreticorum pro-
fecto sermo non venit. *In cap. 3. lib. 1. Reg. in fine ca.*

2. *Fidelibus quoties post Baptismum in peccata
relabuntur, Pœnitentiæ Sacramentum super se,
quo veniam peccatorum consequentes
Deo reconciliantur:*

Psal. 50.
Non solum
in baptisina
te, verum et
iam per pe-
nitentiæ Sa-
cramentum
peccata re-
mituntur,
cū sit secun-
da post nau-
fragium ta-
bula.

GRatum Deo sacrificium est afflictio corra-
peccatum, Psalmista testante, qui ait: Sacrifi-
um Deo spiritus contribulatus. Peccata nota
præterita in baptismatis perceptione laxata sunt &
tamen post baptismum multa commisimus, sed lauri-
terum baptismatis aqua non possumus. Quia ero
& post baptismum inquinauimus vitam, baptizem
lachrymis conscientiam, quatenus regionem nostram
per viam aliam repetentes, qui ex ea bonis delecti
discessimus, ad eam malis amaricati redeamus. *Ho.*
10 super Euang. in fine.

Libenter obliuiscitur Deus quod nocentes fi-
mis,

mus, paratus est pœnitentiam nostram nobis ad in-
nocentiam deputate. Inquinati post aquas salutis, re-
nascamur ex lachrymis. Itaque iuxta primi pastoris
vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite. *1 Pet. 2.
Homil. 25 in Euang.*

Pœnitentiam si possumus dispensationem supernæ
pietatis, quæ stantibus si ceciderint minatur pœnam,
lapsis verò ut surgere appetant promittit misericor-
diam. Illos terret ne præsumant in bonis, illos refo-
uet ne desperent in malis. Iustus es, iram per te, mesce
ne coruus: peccator es, præsume de misericordia ut
surgas. Ecce autem iam lapsi sumus, stare nequaquam
valuimus, in prauis nostris desiderijs iacemus. Sed
qui nos condidit rectos, adhuc expectat & prouocat
ut surgamus. Sinum suæ pietatis aperit, nosque ad se
recipere per pœnitentiam quærit. Sed pœnitentiam ag-
gere dignam non possumus, nisi modum quoque e-
iusdem pœnitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam
quippe agere est & perpetrata mala plangere, & plan-
genda non perpetrare. *Hom. 34 in Euang.*

Pœnitentiæ
definitio.

3. *Contritione, quæ verus & utilis est de peccatis
dolor, ad salutarem pœnitentiam opus esse, eam
que ad percipiendam gratiam nos
præparare.*

NOctem illam tenebrosus turbo possideat. *] Iob. 3.*
Quasi enim quidam turbo tempestatis est cõ-
citus spiritus mœroris. Nam dum pecca-
tum quisque quod fecit intelligit, dum prauitatis
suæ nequitiam subtiliter pensat, mœrore mentem
obnubilat, & quasi concusso serenæ lætitiæ aëre om-
nem in se tranquillitatem cordis pœnitentiæ turbi-
ne deuastat. Nisi enim recognoscerent se aaimunt
iste turbo contereret, nequaquam Propheta dixisset:

Psal. 47. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. *Lib. 4. Moral. cap. 21.*

Iob. 10. (Loquar in amaritudine animæ meæ.) Qui culpas suas detestando loquitur, restat vt has in amaritudine animæ loquatur, vt hæc ipsa amaritudo puniat, quicquid lingua per mentis iudicium accusat. Sciendum verò est quia ex pœna pœnitentiæ quam sibi mens irrogat aliquatenus securitatem percipit, atq; ad interrogationem superni iudicis fidentior exurgit, vt semetipsum subtilius inueniat, & erga se quæque quomodo disponantur agnoscat. *Lib. 9. Moral. cap. 33.*

Duo sunt compunctio- nis genera.

Quid est hoc, fratres charissimi, quod foris concremantur carnes, intus aromata, nisi hoc quod quotidie videmus, quia duo sunt compunctio- nis genera? Quia alij adhuc per timorem plangunt, alij verò iam se per amorem in lamentis afficiunt. Multi namque peccatorum suorum memores dum supplicia æterna pertimescunt quotidianis se lacrymis affligunt; plangunt mala quæ fecerunt, & incenduntur vitia igne compunctio- nis, quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. *Hom. 22. in Ezech.*

Psal. 69.

Psal. 39. Psalmista pro peccatoribus exorat, dicens: Qui sedes super Cherubin, moueatur terra. Hinc pro afflictis & pœnitentibus deprecans, ait: Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. Terra quippe commota & turbata est, peccator de cognitione reatus sui anxius; & ad pœnitentiæ lamenta perductus. Peccanti enim homini dictum est: terra es, & in terram ibis. Exoret ergo vt sanetur contritio terræ, quia mota est, quatenus peccator qui de culpis suis affligitur, de cœlestis misericordiae gaudio consoletur. Hæc est itaq; vox cõmitionis magnæ, quando vnusquisque acta sua diiudicans in afflictione pœnitentiæ perturbatur. *Hom. 10. super Ezech.*

Genes. 3.

4. Non

4. Non solum corde apud Deum, sed etiam ore peccata apud hominem confitenda esse.

Delictum meum cognitum tibi feci.] Quamuis omnia sint nuda & aperta oculis tuis, tamen quia ore confessio fit ad salutem, feci tibi cognitum delictum, dicens illud esse meum. Mihi enim quia deliqui imputo, me solum in operum meorum prauitate culpabilem clamo. Plus est delictum cognitum facere, quàm delictum manifestare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non solum quod fecit annũtiat, sed etiam omnem peccati causam & originem narrat. Qui non superficie tenus peccatum loquitur, sed & quando, & vbi, & quomodo: & si vel ignorantia vel casu, vel studio deliquerit, confitetur. *In Psal. 2. pœnitent.*

Mortuo Lazaro, nequaquam dicitur, Reuiuise, sed veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cum peccator nequitias suas spontè confitetur. Lazaro ergo dicitur: Veni foras. Ac si aperte culibet mortuo in culpa diceretur: cur reatum tuum in tra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere, qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam cõfiteatur peccator. Venientem verò foras soluant discipuli, vt pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amouere quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. *Hom. 26. in Euang.*

(Quapropter & ego non parcam ori meo.) Ori enim suo non parcat qui confiteri malum quod fecit non erubescit. In laborem quippe os mittere,

Psal. 31. Nõ est satis vt Deo peccata nostra cognita sint, verum etiam corã Sacerdote illa eadem cum suis circumstantijs agnoscenda sunt.

Nullus peccator debet culpam suã intra cõscientiam abscondere, sed foras per confessionem progredi.

Iob. 7.

est

est ad hoc confessionem perpetrare iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo non parcat, quia iram iudicis districti praeueniens verbis contra se propriae confessionis sauit. Hinc Psalmista ait: Præueniamus faciem eius in confessione. Hinc per Salomonem dicitur: Qui abscondit scelera sua non dirigerit, qui autem confessus fuerit & dereliquerit ea, misericordiam consequetur. Hinc rursum scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Sed nequaquam ad confessionem os panditur, nisi cum consideratione districti iudicii, per pauorem spiritus angustatur, *Lib. 3. Moral. cap. 15.*

5. *Peccata cum circumstantijs necessarijs confitenda esse Sacerdoti.*

Peccati virus salubriter aperitur in Confessione, quod pestiferè latebat in mente, *Psal 31.*

Peccatum nisi per Confessionem detegatur, latenter in intimis dilataitur.

Peccata in confessione

Quid est autem peccatorum Confessio, nisi quaedam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in Confessione, quod pestiferè latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis: & confitendo peccata quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus. *Hom 4o super Euang in princ.*

(Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quoniam tecta sunt peccata.) Si tegit infirmus vulnera, quomodo illi à medico adhibetur medicina? Non nisi celare vulnus coeperit, latius extensum introrsum putrescit: Sic & peccatum, nisi per Confessionem detegatur, latenter in intimis dilatur. Et sicut vulnus non ostensum etiam sanam carnem putredine infestat, ita peccatum nisi confitendo reuelatur, etiam si quae ibi sunt bona corrumpit. *Et paulo post. Si quis ergo peccata sua tecta esse desiderat, Deo ea per vocem Confessionis ostendat. In Psal 2. penit.*

Quidam dum peccata confitentur, ea nimium quibusdam vocibus minuant, dum se non ex toto animo

animo commississe ostendunt. E contra autem electi virtuti quando se de minimis accusant, ea vitique non quasi parua, sed quasi magna pronunciant. Quid est dicere (Gustans gustauit) nisi quod foris peccatum extercui, magno concupiscentiae ardore compleui. Et quid est post peccati confessionem dicere, morior, nisi mortem a se poenitendo & confitendo expellere & expulsam timere: Quod quidem proprie est electorum, qui peccata sua deserunt, & tamen haec quasi non deserta pertimescunt. Et quidem puris confessionibus & austeris poenitentiae cruciatibus delent, sed quasi non deleta vehementer timent & car. *In ca. 14. lib. 1. Reg.*

Greges Amalech & armenta Domino immolantur quando lubrici & incontinentes ad confessionem veniunt, & quod nequiter egerunt, poenitendo delere satagunt. Dicit ergo, pepercit populus, id est peccato indulsit. Sed adduxerunt ea vt immolarentur, quia in quibus se cecidisse populus recolit, iam se confitendo & poenitendo compungit. *In cap. 15. lib. 1. Reg.*

(Expandit alas suas ad Austrum.) Alas quippe nostras ad Austrum expandere, est per aduentum sancti Spiritus nostras confitendo cogitationes aperire, vt iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipit plumescit, cum ad Austrum alas expandit: quia tunc vnusquisque se virtutum pennis induit, cum sancto Spiritui cogitationes suas confitendo subternit. *Libr. 31. Moral. cap. 33.*

(Loquitur in tribulatione spiritus mei.) Tribulatio quippe spiritus linguam commouet, vt reatum prauis operis confessionis impugnet. Sciendum quoque est quia saepe & reprobis peccata confitentur, sed desistere contemnunt. Electi autem culpas suas quas vocibus confessionis aperiant, districtè animaduertunt.

minuenda non sunt, sed cum circumstantijs & debitis cordis contritione profesrenda.

1. Reg 14. Per confessionem, mortem à nobis repellimus.

Tob. 19. Etiam cogitationes nostras in confessione aperiendae sunt.

Tob. 7. Saepe reprobi peccata confitentur, sed desistere contemnunt.

maduersionis stribus insequuntur. *Lib. 2. Moralium cap. 15.*

6. *Sacerdoti potestatem absoluendi à Christo Domino esse tributam.*

Qui in Christo moritur, in sepulchro conscientia tumulatur, ligatur concupiscentiarum infortis, à conspectu Dei proijcitur, duritie operitur, lapide iniquitatis intus clauditur. De talibus scriptum est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hos tamen aliquando resuscitat Iesus, & sublato impoenitudinis laqueo, à tenebris ad lucem reuocat. Et cum pro eis Ecclesia intercesserit, per ministerium eos Sacerdotum absoluit. Venit ipse ad monumentum, ad lachrymas Ecclesiae commouetur, iubet ut ad iustitiam resurgat, qui pridem in iniquitate iacuerat. Tantummodo opus est ut per confessionem foras veniat, sentiat cordis dolorem, timeat iudicium Dei, ab iniquitate recedat. *In 7. Psal. penitent.*

(Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.) Liber intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriae sunt perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienae obligationis potestatem relaxationis accipiunt, principiaturque superni iudicij sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos à Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt, & alios damnant vel liberant qui semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent. Ligandi atque soluendi autoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. *Hom. 62. in Evang.*

Psal. 75.

Per ministerium Sacerdotum in Ecclesia Catholica peccata dimittuntur: solummodo opus est ut in Confessione dicantur.

Ioan. 20.
Apostolis à Christo ligandi & soluendi data est facultas.

Episcopi & Sacerdotes Apostolis in absoluendi & ligandi functione successerunt.

Caeli, Doctores Ecclesiae dicti sunt, quia Dominus in eis praesidet, dum per eos sua iudicia exercet. Quibus namque regni caelorum clauces tribuit, eis ligandi atque soluendi potestatem dedit. Per eos ergo iudicat, quia quodcumque ab eis ligatum fuerit, ligat. Scimus autem quia sedere iudicantis est, & ipse Dominus per Prophetam dicit: Caelum mihi sedes est. Si ergo caelum Dei sedes est, & in rectoribus Ecclesiae Dominus iudicat, cum sedere iudicantis sit, necessario consequitur quod Ecclesiae rectores caeli dicuntur. *In 3. Psal. penit.*

7. *Ad veram poenitentiam spectare non solum nonnam vitam, sed & pro peccatis praeteritis satisfactionem.*

Tria in vnoquoque consideranda sunt veraciter poenitente: videlicet, conuersio mentis, confessio oris, & vindicta peccati. Nam qui corde non conuertitur, quid prodest ei si peccata confiteatur? Peccatum quod diligitur confitendo minimè deletur. Nonnulli quidem sunt qui peccata confitendo aperiunt, sed non conuertendo, nequaquam detestantur. Hi profitendo confitendo nihil agunt, quia quod loquendo eijciunt, amando introducunt. Unde & salubriter confiteri volentibus, scriptura insinuat dicens: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *In cap. 15. lib. 1. Reg.*

Tertia (poenitentiae) species est vindicta, quae quasi medicina necessaria est, ut apostema reatus quod conuersione compungitur, confitendo purgetur afflictio nisi que medicina sanctur. Signum ergo vere confessionis non est in oris confessione, sed in afflictione poenitentiae. Tunc namque bene conuersum peccatorem cernimus, cum digna affli-

In Ecclesia Doctoribus Dominus praesidet, dum per eos sua iudicia exercet.

Esai. 68.

Poenitentiam tres sunt partes, contritio, confessio, & satisfactio.

Rom. 10.

Vindicta peccati seu satisfactio necessaria est ad poenitentiae Sacramentum.

Matth. 3.
In fructu,
nō in folijs
pœnitentia
agnoscenda
est.

David post
perpetratū
adulterium
dignos pœ-
nitentię fru-
ctus fecit.

Sacerdoti
consideran-
dum est que
sit pœnitentia
secuta
post culpā.

Psal. 50.
Reprobi et-
si quandoq;
peccata con-
fiteantur, ea
tamen con-
digna satisfactio-
ne expiare non
citant.

afflictionis austeritate delere nititur quod loquen-
do confitetur. Vnde Ioannes Baptista malè conuer-
sos iudæos ad se confluentes increpans, ait: Facite
dignos fructus pœnitentię. In fructu ergo non in
folijs aut ramis pœnitentia cognoscenda est. Quia
idcirco omnis confessio peccatorum recipitur, vt
fructus pœnitentię subsequatur. Vnde & Dominus
arborem folijs decoram, fructu sterilem maledixit,
quia confessionis ornatum non recipit, sine fructu
afflictionis. *Ibidem.*

Cuncti nouimus quod Dauid concupiscentiæ
mucrone transfixus alienam coniugem & concupi-
uit & abfuit. Cuius culpam digna verbera sunt se-
cuta, & malum quod perpetravit per pœnitentię la-
menta correxit. Qui ergo quondam concupiscere a-
lienam coniugem nequaquam timuit, post etiam
quia aquam concupisser, expauit. Quia enim se illi-
cita perpetrasse meminerat, contra semetipsam iam
rigidus, etiam à licitis abstinere. Sic sic agamus pœ-
nitentiam, vt ea quę commisimus, perfectè delecta-
amus. *Hom. 34. in Euang.*

Causa pensandæ sunt, & tunc ligandi atque li-
uendi potestas exercenda. Videndum est quę culpa,
aut quę sit pœnitentia secuta post culpam: vt quos
omnipotens Deus post compunctiōnis gratiam visi-
tat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim ve-
ra est absolutio præsentis, cum æterni arbitrium se-
quitur iudicis. *Hom. 26. in Euang.*

(Sacrificium Deo spiritus contribulatus.) Nequa-
quam verè pœnitentiam agit, qui ex peccatorum
suorum recordatione quandam spiritus tribulatio-
nem non sentit. Quod quidem reprobis familiare
est, quia etsi aliquando peccata sua confiteantur, ea
tamen districtæ animaduersionis fletibus non per-
sequuntur. Electi verò etiam si minima sint quę in se
punienda inueniunt, zelo rectitudinis contra se ere-

cti, ad

cti, ad pœnitentię se lamenta studiosè succundunt.

In Psalm. 4. pœnitent.

(Peccatum contra me est semper.) Quicumque mi-
sericordiam Dei inuenire desiderat, necesse est vt
iam grauius peccata agnoscat, puniat culpas fleti-
bus, faciem Domini in cōfessione præueniat, ponat
ante cordis oculos & culpas operis, & vltimæ terro-
rem animaduersionis: penset quàm discretus iudex
veniat, qui ideo peccatores sustinet, vt eis conuersis
minus inueniat quod condemnet. *Ibidem.*

Et torram panis.) Panis namque nomine aliquā-
do terrenæ delectationis refectio designatur. Quare
& Propheta Hieremias in appetitu sæculari corrupte
Iudææ populū memorans, ait: Omnis populū ge-
mens & quærens panem. Panem itaque peccator cō-
uersus torquet, cum præteritam delectationem cru-
ciat per afflictionem pœnitentię. Panem namque
torquere est, carnem pro perpetrata delectatione af-
fligere. Qui ergo sine tormento ignis ad salutē trans-
ire desiderat, cum nummo argenteo torram panis
offerat, vt qui per bonam voluntatem peccata dese-
rit, ea nimirum valida afflictione penitus extinguat.

In ca. 2. lib. 1. Reg.

8. Pœnitentiam differendam non esse.

Vigilate itaque, quia nescitis diem neque ho-
ram. Quia post peccata Deus pœnitentiam
suscipit, si sciret quisque de præsentī sæculo
quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus at-
que aliud pœnitentię aptare potuisset. Sed qui pœ-
nitenti veniam spondit, peccanti diem crastinum
non promissit. Semper ergo extremum diem debemus
metuere, quem nunquam possumus præuidere. Ecce hunc
ipsum diem de quo loquimur ad inducias conuersionis accepimus, & tamen mala quę fe-
cimus flere recusamus. Non solum commissa non

Q

Psal. 50.
Culpa fleti-
bus punien-
da sunt.

1. Reg. 2.

Thren. 1.
Pœnitentes
offerre se de-
bent ad pœ-
nā, vt pecca-
ta quodam
perpetrata,
per validam
afflictionē
penitus ex-
tinguant.

Matth. 25.

Pœnitentiā
nou esse dif-
ferendam,
propterea
quod incertum
sit quā
hora Domi-
nus ventu-
rus sit.
Qui pœni-
tenti veniā
spondit,
peccanti diē
crastinum
non promi-
ssit.

plan

Pijs fletibus
soluitur cul
pa peccato
rum.

Agenda pe
nitentia dū
rēpus est, vt
securi hinc
discedam.

Matth. 5.

Qui pœni
tentiam dif
fert, sibi ipsi
maius tor
mentum ac
ccidit.

Rom. 2.

plangimus, sed etiam quæ desicantur augemus. *Hom. 12. in Euang.*

Reuocemus ante oculos peccata quæ fecimus: cōsideremus quàm terribilis iudex hæc puniturus adueniat, mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia, ne æternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad æterna gaudia ducimur, veritate pollicente, quæ ait: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum verò per gaudia peruenitur, hac eadem veritate attestante, quæ ait: Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis & flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus, poenitentia amaritudinem in via teneamus. *Hom. 2. super Euang. in fine.*

Misericors Deus tempus nobis ad poenitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum piè disposuit, districtus ad feriendum vertit, vt quia reuerti quis etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum auget, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Vnde scriptum est: Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit: *Hom. 11. in Ezech.*

Dum per indulti temporis spatium licet, dum iudex sustinet, dum conuersionem nostram is qui culpas examinat expectat, consemus in lachrymis duritiam mentis, formemus in proximis gratiam benignitatis. *Lib. 4. Dialog. cap.*

ultim.

CAPVT

CAPVT NONVM, DE
Sacramento Ordinis.

1. Per sacram Ordinationem, quod Sacramento-
rum proprium est, gratiam conferri, eiusque
externum signum esse impositionem
manuum.

S Amuel Saul in principem vnxit, Deus autem ei
Scor aliud immutauit: quia sacrorum Ordinum
sacramenta ab Ecclesiæ Doctoribus foris accipi-
mus, sed sacramentorum virtute ab omni potenti
Deo interius roboramur. Virtus verò Sacramenti
gratia est spiritus septiformis. Quam certè gratiam
qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutatur,
quia quos gratia sua Spiritus sanctus roborat, esse
eos facit protinus quod non erant. *In cap. 10. lib. 1.
Reg.*

(Et directus est Spiritus Domini in Dauid die illa
& in reliquum.) Spiritus quippe Domini post vncti-
onem dirigitur, quia foris sacramenta percipimus,
vt intus sancti spiritus gratia repleamur. Foris nam-
que homo, intus Deus operatur & non homo. Foris
namque homo surgit, intus se Spiritus dirigit: quia or-
dinem religionis homo homini præbet, sed in eum
cui Ordo datur spiritus dirigitur, vt foris sublimita-
tem suscipiat Ordinis, & intus robor sancti Spiritus.
Et paulo post: In die quidem vnctionis dirigitur, quan-
do sic foris Christi sacramenta suscipimus, vt intus
sancti spiritus gratia repleamur. Et in reliquum di-
rigitur spiritus, qui a gratia quam percipit nun-
quam recedit: Hanc quippe gratiam directi spiritus
sic prædicatoribus ascribimus, vt omnibus Ordini-
bus sanctæ Ecclesiæ tribuamus. *In cap. 16. libr. 1.
Regum.*

Sacrorum
Ordinum
Sacramenta
foris per im-
positionem
manuum ac-
cipimus, sed
diuina gra-
tia interius
roboramur.

1. Reg. 16.
Conferretur
per manum
impositio-
nem gratia
S. Spiritus
ijs qui sacris
initiantur.

Omnibus
sanctæ Ec-
clesiæ Ordini-
bus gra-
tia S. Spiritus
tributa
est.

1. Reg. 9.

Qui factis ordinibus incipiunt accipiunt auctoritatem & iurisdictionem aliam quam super populum. Per impositionem manuum omnino potentis Deus Spiritum sanctum certis hominibus largitur.

Per Simoniam ordinis sacramenta administranda non sunt.

Quid sit columbas vendere.

Lib. 1. Reg. cap. 9. Gregorius

Exteriora sacramenta Sacerdotibus illis profunt, qui eorumdem Sacramentorum donis indigni non sunt. Vel Sacerdotes vnguntur, quando per ordinantium se ministerium gratiarum spiritualium incrementa percipiunt. Vnde & sequitur. Saluabit populum meum de manu Philistinum. Vel vincti saluare alios possunt, quia spirituales gratias abundantius perceperunt. Nam qui populum saluant, super populum vincti sunt, quia quia à Domino ad regendos alios ordinantur, spiritualia charismatum dona, quibus eis prodesse possunt accipiunt, & eis quos ordine præcedunt, meritis etiam superiores sunt. *In cap. 9. lib. 1. Reg.*

Valde contristor & terræ illi condoleo, quia dum sanctum Spiritum, quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere despiciunt, sed præmijs affequantur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nã ubi dona supernæ gratiæ venalia iudicantur, ad Dei seruitium non vita quæritur, sed magis contra Dei pecuniæ venerantur. *Lib. 7. Epist. cap. 113.*

Quibusdam narrantibus agnoui, quod in Galliarum vel Germaniæ partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio, quia cum Sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio quid redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum, cathedras vendentium columbas euerit. Columbas enim vendere est de Spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. *Lib. 4. Epist. cap. 95.*

(Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius.) Hoc profecto hac vntione exprimitur, quod in sancta Ecclesia nunc etiam materia-

liter

liter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, Sacramenta suscipit vntionis. Quia verò ipsa vntio Sacramentum est, is qui promouetur, bene foris vngitur, si intus virtute Sacramenti roboretur. *In cap. 9. lib. 1. Reg.*

Ordinatio nem Sacramentum vocat, & gratiam conferre affirmat,

2. In Ecclesia Catholica hierarchiam esse, quae constat ex Episcopis, Presbyteris, alijsq; ministris.

AD hoc diuinæ dispensationis prouiso gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhibent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia potestate ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret. Quia verò quæque creatura in vna eademque qualitate gubernari vel viuere non potest, caelestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, sunt Archangeli, liquet quod non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nostis, differunt vnus ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt, istam constat esse distinctionem, quis hominum abnuat huic se dispositioni libenter submittere, cui nouit etiam Angelos obedire? *Lib. 4. Epist. cap. 96.*

Peruenit ad nos quod Populionensis Ecclesia ita sit Sacerdotis officio destituta, vt nec poenitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus. Huius igitur tam prærei, tamque necessariæ mole permoti, iubemus dilectioni tuæ, vt huius perceptionis auctoritate commoitus, memoratæ Ecclesiæ uisitor accedas, vt vnum Cardinalem illic Presbyterum, & duos debeas Diacones ordinare. In

In Ecclesia diuersa sunt officiorum genera, & diuersi ordines, quorum vnus alteri subest.

Ad Ecclesiæ regimē constituantur, Presbyteri, Cardinales, Diaconi, & alij sacri altaris ministri.

Q 3

paro-

parochijs verò præfatae Ecclesiæ tres similiter Presbyteros, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ & morum grauitate præuideris, & quibus in nullo obuiant constituta. Canonice discipulæ, vt sanctæ cum digna cautela prouideatur Ecclesiæ. *Libr. i. Epist. cap. 15.*

3. *Ad Ecclesiasticum Ordinem non quosuis, sed tantum doctrinæ morumq; integritate commendatissimos admittendos.*

Qui post acceptum sacrum Ordinem in peccatum carnis quondam prolapsus erat, ab altaris ministerio repellatur.

Ante Ordinationem diligenter præuidendum, num is qui sacris initiandus est continere se possit. ite si sufficientis sit doctrinæ, & in pauperes liberalis.

Nota.

Quis sit Episcopus diligendus.

Pervenit ad nos quosdam de sacris Ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante ad ministerij sui officium reuocari, quod omnino prohibemus: & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium ulterius non accedat. Sed ne vnquam ij qui ordinati sunt pereant, prouideri debet quales ordinentur, vt prius aspiciatur vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis, si elemosynæ amorem habuerunt. Quærendum quoque est ne forte fuerit bigamus. Videndum etiam ne sine literis, aut obnoxius curiæ compellatur post sacrum ordinem ad exactionem publicam redire. Hæc itaque omnia diligenter fraternitas vestra inquirat, vt dum diligenter quilibet exquisitus ordinatur, non celeriter post ordinationem deponatur. *Libr. 3. Epist. cap. 26.*

Nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. *Libr. 1. Epist. cap. 4.2.*

Admone clerum & populum, vt ad eligendum nullatenus dissentiant sacerdotem, sed vno consensu talem sibi eligant consecrandum Episcopum, cuius & actus laudabiles, & grata Deo & hominibus possit esse persona, ne si aliter actum fuerit, in diuersis

sis quod absit studijs damnum Ecclesiasticis rebus eveniat. *Lib. 2. Epist. cap. 65.*

Illud præ omnibus estote solliciti, vt vitam actusque horum qui in hoc sunt officio (*Presbyterij*) constituendi subtiliter debeatis inquirere, & tunc eos si digni fuerint ordinare. Si verò aliqua in eis culpa celauerit, quæ hos ad hunc ordinem canonica prohibitione prouchi non permittat, nullius vobis supplicatio aut gratia personæ subrepat, vt talibus debeatis manum imponere: ne quod absit hic honor & illis pœna, & vobis incipiat esse peccatum. *Libr. 5. Epist. cap. 12.7.*

Sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, factus est altaribus admouendus, sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. *Libr. 7. Epist. Indict. 2. cap. 110.*

(Honorasti filios tuos magis quàm me, vt comederetis primitias omnium sacrificij populi mei Israel.) Filios quippe & propinquos magis quàm Dominum honorat, qui ad sacros Ordines personas eligit, non ex conuersationis honestate, sed amore propinquitatis. Idcirco filij honorati referuntur, vt sacrificij primitias ederent: quia carnales prælati spiritualis honoris culmina carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt Ecclesiasticis facultatibus ditentur, & in altitudine Ordinis cumuletur abundantia vbertatis. Nec curant quales sunt qui ad spirituale ministerium veniunt, sed tantum vt temporalis dignitate præferant, quos carnali affectione complectuntur. *In cap. 2. lib. 1. Reg.*

In Ecclesiæ culmine non ponuntur imperiti humiles, sed humiles sapientes, qui & facere iussa sciunt, & quæ facienda sunt, sapienter iubeant. *In cap. 16. lib. 1. Reg.*

Indigni ad Sacerdotium nullatenus admittendi.

Ambitiosus non promouendi.

1. Reg. 2. Reprehenduntur carnales Prælati qui propinquos suos per fas & nefas ad sacros promouere Ordines non erubescunt.

4. *Ecclesiasticas & Ecclesiasticorum causas ad Ecclesiastica Episcoporum tribunalia esse referenda.*

Clerici à laicis non tenendi.

Secularibus viris res Ecclesiasticas committenda non sunt, sed clericis, sed clericis. Sacerdotes à laicis opprimi indignum Ecclesiastico statui.

Constantinus Imperator Episcoporum accusationes suscipere & iudicare noluit; vide Nicep. lib. 8. Ecclesiast. histor. cap. 16.

Pervenit ad nos quod quidam Clericorum teillac (Corsicæ) posito à laicis teneantur. Quod si ita est, tuæ hoc culpe non veris reputari: quia hoc fieri si homo esses, non debuit. Et ideo de cætero sollicitudinem te habere necesse est, ut hoc fieri non permittas: sed si quis contra clericum causam habuerit, Episcopum ipsius aseat. *Lib. 9. Epist. cap. 74.*

Cauendum est, ne sæcularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res Ecclesiasticas committantur, sed probatis de vestro officio clericis. *Lib. 7. Epist. Indist. 2. cap. 66.*

Fratris & Coepiscopi nostri Felicis & Ciriaci Abbatibus relatione cognouimus, quod in insula Sardinia sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fratrenitatem tuam ministri tui despiciant, dumque solù simplicitati à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Vnde hortor ut omni excusatione postposita Ecclesiam quam suscepisti, auctore Deo regas, disciplinam clericos tenere cogas, nullius verba metuere studeas. *Lib. 3. Epist. cap. 26.*

Ecclesiastica testatur historia, quod cum piæ memoriæ Constantino Principi in scripto oblatæ accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidè accusationis accepit, & eosdem qui accusati fuerant Episcopos, conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens: Vos dij estis à vero Deo consecrati. Ite, & inter vos causas vestras discutite, quia dignum non est, ut iudicemus Deos. *Lib. 4. Epist. cap. 75.*

Quando inter religiosas personas de terrenis rebus controuersia nascitur, ita sacerdotali est sollicitudine finienda, ut crescere non possit ex mora conten-

tio.

tio. *Lib. 11. Epist. cap. 6. Vide etiam totam Epistolam 54. huius libri.*

5. *Quæ sint sacrorum Ordinum impedimenta.*

Precipimus ne vnquam illicitas Ordinationes facias. Ne bigamum, aut qui virginem non est sorsitus vxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, vel cuiuslibet conditioni obnoxium, ad sacros Ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere Aphros passim, vel incognitos peregrinos, ad Ecclesiasticos Ordines tendentes nulla ratione suscipias: quia Aphri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati, peregrini verò plurimi etiam in minoribus Ordinibus constituti, ad fortiores præterdissè honores sæpe probati sunt. *Lib. 2. Epist. Indist. 10. cap. 25.*

Ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ, nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui vsum eiusdem continentia non inuenit, neque castitatem ante promissit, compellatur à sua vxore separari, atque per hoc quod absit, in deterius cadat. Vnde videtur mihi ut à præsentis die omnibus Episcopis dicatur, ut nullum Subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit: quatenus & præterita mala quæ per propositum mentis appetita non sunt violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. Qui verò post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, continenter cum suis vxoribus vixerint, laudandi atque remunerandi sunt, & ut in bono sic permaneant exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se à suis vxoribus conuincere noluerint promoueri ad sacrum ordinem

Dist. 34. Precipimus.

Bigamus, & qui virginem in vxorem non accepit, neque integris membris, aut qui sufficientis non sit literaturæ ad suscipiendos sacros Ordines admitti non potest. Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi etiam olim castè viuabant.

Nullus ad subdiaconatum promouendus, nisi qui se victurum castè promiserit.

Nota.

nem nolimus: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. *Lib. 1. Epist. cap. 42.*

CAPVT DECIMVM, DE Sacramento Matrimonij.

1. Matrimonium seu nuptias damnandas non esse.

Manichzi & alij nonnulli heretici nuptias tanquam rem malam execrabantur.

1. Tim. 4.

Psal. 50.

Deus nuptias in paradiso instituit.

Luce 14.

Coniugium ad propagandam sobolem diuina prouidentia constitutum, & ideo recte eo utendum.

Sunt nonnulli (heretici) qui ita virginitati carnis student, ut nuptias damnent: & sunt nonnulli qui ita abstinentiam laudant, ut sumentes alimenta necessaria detestentur. De quibus per Paulum dicitur, prohibentium nubere, iubentium abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. *Lib. 16. Moralium cap. 4.*

(Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.) Non ideo homines in peccatis concipiuntur, quia peccatum sit coniugibus commissum, hoc enim opus castum non habet culpam in coniuge, quia nuptiale foedus non exorbitat à fide. Deus enim copulam maritalem instituit, quando masculum & foeminam in principio creauit. *In Psal. 4. penitent.*

(Vxorem duxi, & ideo non possum venire.) Quid per vxorem nisi voluptas carnis accipitur? Nam quamuis bonum sit coniugium atque ad propagandam sobolem prouidentia diuina constitutum, non nulli tamen non per hoc foecunditatem proles, sed desideria expetunt voluptatis.

Homil. 36. in Euang.

2. Matrimo-

2. Matrimonium Sacramentum esse, solàq; morte dissolui.

SI qui sunt qui dicunt religionis causa coniugia debere dissolui, scire debent, & si hoc quidem lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quos Deus coniunxit homo non separet. Quae etiam ait: Non licet dimittere uxorem excepta causa fornicationis. Quis ergo huic caelesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est: Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir uxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel etiam fortasse ad illicita vota migrantem: quae est ista migratio vel conuersio, in qua vna eademque caro & ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? *Lib. 9. Epist. cap. 39.*

Gregorium agnouisse Matrimonium pro Sacramento, etiam ipsi aduersarij fatentur: nam Caluinus *lib. 4. Inst. cap. 19. §. 34.* Matrimonium, inquit, ut à Deo institutum fatentur omnes, ita pro Sacramento datum nemo vsque ad Gregorij tempora viderat. In hoc tamen toto errat caelo Caluinus, quod dicit ante Gregorij tempora Matrimonium neminem ex antiquioribus pro Sacramento agnouisse. Agnouit namque antiquissimus Ecclesiae scriptor Tertullianus *lib. 5. contra Marcionem, sessione 38.* ubi quinque vocat nuptias Sacramentum. Agnouit & ipse Aurelius Augustinus, ducentis annis Gregorio prior: hic enim in libro *Vnico de Bono Coniugali contra Iovinianum Matrimonium decies vocat Sacramentum.* Et *lib. 1. de nuptijs & concupiscentia, sexties.* Vide etiam Leonem in *Epist. 92. ad Rusticum, cap. 4.* Chrysost. *hom. 20. in Epist. ad Ephef.*

ad Ephef.

3. Extra

3. *Extra matrimonium quamcunque viri & mulieris commixtionem peccatum esse.*

Eriam simplex fornicario, peccatum mortale est.

1. Cor. 6.

Heb. 13.

Matrimonium pro medio à Deo institutum est his qui necdum meliora nouerunt.

1. Cor. 7.

Gregorius se excusat, quod cum solis Anglis ob recentem conuersionem ad fidem dispensauerit, ut in tertio & quarto gradu cōtraherent, eū alioqui vsq; ad septimum cōmuni lege interdican- tur.

Admonendi sunt cælibes ne sine damnationis iudicio misceri se fœminis vacantibus putent. Cū enim Paulus fornicationis vitium tot criminibus execrandis inferuit, cuius sit reatus indicauit, dicens: Neque fornicatores, neque seruientes idolis, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnū Dei possidebunt. Et rursum, fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Admonendi sunt itaque, ut si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, coniugij portum petant. Scriptum namque est: Melius est nubere quàm viri. Sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamē necdum meliora uouerunt: 3. parte *Pastor curæ admonit.* 28.

4. *Certos esse consanguinitatis & affinitatis gradus, qui impediunt matrimonium.*

Quod autem scripsi Augustino Anglorum gentis Episcopo, alūno uidelicet, ut recordatus es tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cœperat metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter cæteris me scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas extitit testis, nec ea intentione hæc illis scriptis mandauit, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inuenti, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est vsque ad septimam generationem coniungantur. Et paulo *ueterius* Progeniem uerò suam unumquemque de his qui fideliter edocti sunt, & iam fir-

ma

ma radice plantati, stant inconuulsi vsque ad septimam obseruare decernimus generationem. Et quam diu se affinitate agnoscunt propinquos, ad huius copulæ non accedere societatem præsumant: nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugē habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere ulli profectò licet Christianorū, vel licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis est Deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuosos uerò nullo coniugij nomine reputandos à sanctis Patribus dudum statutum esse legimus. *Lib. 12. Epistol. cap. 31.*

Quædam terrena lex in Romana Republica permissa, ut siue frater, siue soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia miscantur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam diximus à se omninò debet abstinere. Cū nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est: Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest, sed quia in lege scriptum est: Erunt duo in carne una, qui turpitudinem noueræ, quæ una caro cum patre fuit, reuelare præsumperit, profectò patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitum est, quæ per coniunctionem priorem caro fratris facta est. *Cap. 6. Interrogation.*

Augustini ad Gregor.

In tertio & quarto gradu Matrimonii contra hi possunt, modo à secundo omninò abstinantur.

Leuit. 18.

Genes. 2.

f. 113

5. *In matrimonij vsu spectandum esse finem propagandæ prolis.*

DOctor gentium dum virum sui corporis potestatem non habere, sed mulierem docuit: item nec mulierem sui corporis habere potestatem sed virum, quid aliud quam aliena onera portare iussit? Asini ergo nomine robur coniugalis copulæ designatur: quia electi coniuges iniuicem onera sua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum corruant. Asinus ergo interficiendus est, sed Amalechita: quia copula coniugis in honestate thalami roboranda est, sed à turpitudine interficienda. Debent quidem coniuges debitum sibi reddere, sed turpiter conuenire non debent. Asinus ergo Amalech interficitur, cum in bonis coniugibus charitas tenetur honestate copulæ, sed omnis obscenitas vitatur in turpi coniunctione. *In cap. 15. lib. 1. Reg.*

Copula coniugis in honestate thalami roboranda est, sed à turpitudine interficienda.

Non voluptatis sed prolis suscipiendæ causâ copula carnalis legitima à Deo instituta est.

Oportet vt legitima carnis copula causâ prolis sit, non voluptatis; & carnis commixtio creatorum liberorum sit gratia, nō satisfactio vitiolorum. Si quis ergo suam coniugem non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creatorum gratia vitur, iste profectò de ingressu Ecclesiæ, seu de sumendo corporis Dominici sanguinisque mysterio suo est relinquendus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua commixtione quod desistant. *Interrogat. 10. Augustini ad Gregor.*

FINIS LIBRI TERTII.

CONFESSIONIS

GREGORIANAE

LIBER QVARTVS, IN DE-
cem Capita distributus.

CAPVT PRIMVM,

De Purgatorio.

1. *Animas posteaquam è corpore migrarint, per particulare iudicium ad varia loca destinari.*



QVM adhuc esse iuuenulus atque in laico habitu constitutus, narrari à maioribus atque scientibus audiui, quod Pascasius huius Apostolicæ Sedis Diaconus, cuius apud nos rectissimi ac luculenti de sancto Spiritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, elemosinarum operibus maximè vacans, cultor pauperum & contemptor sui. Sed hic in ea contentione quæ inardescente zelo fidelium inter Symmachum atque Laurentium facta est, ad Pontificatus Ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus persistit, illum amando atque præferendo, quem Episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia resurauit. Hic itaque cum temporibus Symmachi Apostolicæ Sedis præsulis esset defunctus, eius Dalmaticam fero superpositam dæmoniacus tetigit, statimque sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo, cuius superius mentionem feci, me dici pro corporis salute dictauerat, vt in *angularibus thermis lauari debuisset. Qui ingressus easde thermas, prædictū Pascasiū Diaconū stantē & obsequentē in

Pascasij Diaconi anima in thermis Puteolanis torquetur, & purgatorij poenas luit.

Dæmoniacus per Pascasij dalmaticam sanatur.

* al. angularibus thermis.

calo-

caloribus inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respondit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij cōtra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare. Atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc rediens me non inuenietis. Qua de re vir Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed iam dictum Pascasium in loco eodem minime inuenit. Quia enim non malitiae, sed ignorantiae errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa elemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, ut tunc posset promereri veniam, cum iam nihil posset operari *Libr. 4. Dialog. cap. 40.*

Germanus Episcopus Capuanus orat pro anima defuncti Pascasij, ut à pœnis liberetur.

Job. 14.

(Quis mihi tribuat ut inferno protegas me?) Quia ante aduentum mediatoris Dei & hominis, omnis homo quamuis mundæ probatæque vitæ fuerit, ad inferni claustra descendit, dubium non est: quoniam homo qui per se cecidit, per se ad paradisi requiem redire non potuit, nisi veniret ille qui suæ incarnationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Vnde & post culpam primi hominis ad paradisi aditum triumphæa flammea posita esse memoratur, quæ & versatilis dicitur, pro eo quod quandoque veniret tempus ut etiam remoueri posset. Nec tamen ista iustorum animas ad infernum dicimus descendisse, ut

Genes. 3.

Alia sunt superiora inferni loca, alia inferiora, *Psal. 85.* Gregorius sententia de loco inferni, eiusque di-

in locis pœnalibus tenerentur. Sed esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt: ut & in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Vnde & Psalmista propter praeuientem se Dei gratiam dicit: Eripuisti animam meam ex inferno inferiori. *Libr. 12. Moral. cap. 7.* Nonnulli in quadam terrarum parte infernum esse putauerunt. Alij verò hunc sub terra esse affirmant. Sed tamen hoc animum pulsant, quia si idcirco

infer-

infernum dicimus, quia inferius iacet: quod terra à cælo est, hoc esse debet infernus à terra. Vnde & fortasse per Psalmistam dicitur: Liberasti animam meam ex inferno inferiori. Ut infernus superior in terra, infernus verò inferior sub terra esse videatur. Et Ioannis vox in æstimatione ista concordat, qui cum signatum librum septem sigillis vidisse se diceret: quia nemo inuentus est dignus neque in cælo, neque in terra, neque subtrus terram aperire librum & soluere signacula eius, adiunxit: Et ego flebam multum. Quem tamen librum postea per leonem de tribu Iuda dicit aperiri. *Libr. 4. Dialog. cap. 42.*

uersa ac distincta loca seu amara receptacula

Apoc. 5.

2. Animas post hanc vitam neque in periculo peccandi versari, neque mereri amplius.

NEca spiciet me visus hominis.) Visus quippe hominis est misericordia redemptoris, quæ insensibilitatis nostræ duritiam cum respicit, emollit. Vnde teste quoque Euangelio dicitur: Respexit Dominus Petrum, & recordatus est Petrus verbi Dei quod dixerat Iesus, & egressus foras fleuit amare. Exutam verò carne animam nequaquam iam visus hominis aspiciet, quia post mortem non liberat, quam ante mortem gratia ad veniam non reformat. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc Psalm. ait: Quoniam in sæculum misericordia eius. Quia nimirum quem nequaquam modò misericordia eripit, sola post præsens sæculum iustitia addicit. Hinc Salomon ait: Quia lignum in quo cunque loco ceciderit siue ad Austrum siue ad Aquilonem ibi erit; quia cum humani casus tempore siue sanctus siue malignus spiritus egredientem

Job. 7.

Lucæ 22.

Post mortem nullus est precum, aut meritorum locus.

1. Cor. 6.

Psal. 135.

Ecol. 11.

R

ani-

Directè faciunt hæc verba contra Lutherum, qui affirmabat animas purgatorii posse mereri, ac rursus eas peccare continuo, ac de sperare salutem, quod est propriè denarorum: *Ecl. 9.*

In hac vita solummodo possumus mereri & bene agere.

1. Reg. 14.

Probatur ex sacris literis, esse Purgatorium post mortem. *Ioan. 12. Esaiæ 49.*

animam claustra carnis acceperit, in æternum secum sine ulla permutatione retinebit, vt nec exaltata ad supplicium proruat, necmersa æternis supplicijs, vltra ad remedium creptionis ascendat. *L. 8. Moral. cap. 13.*

Quia igitur momentis suis horæ fugiunt, agite fratres charissimi, vt in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiens Salomon dicat: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Quia ergo & ventura mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus, superest vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit, vincetur: si priusquàm veniat, semper timeatur. *Hom. 13. super Euang. in fine.*

In hac vita bona opera seminanda sunt, in illa vero (futura) nona seminanda opera, sed operum retributio metenda. Bene ergo in media parte iugeri, viginti viri interfecti perhibentur: quia conuerti peccatores hic solum salubriter possunt, vbi magnitudo criminis purgari creditur per lamenta conuersionis. *In cap. 14. lib. 1. Reg.*

Quid est autem quod dicit (*v'sque ad noctem*) nisi quia & peccare non licet, sed delere peccata vsque ad mortem licet. V'sque ad noctem ergo boues mandandi sunt, non in nocte: quia dum viuimus peccata delere penitendo possumus, post mortem fructuosam agere poenitentiam non valemus. *Ibidem*

3. *Purgatorium ignem, vel temporarias poenas multis post mortem superesse.*

Petrus. Doceri vellem, si post mortem Purgatorius ignis esse credendus est. *Gregorius.* In Euangelio Dominus dicit: Ambulate dum lucem habetis, Per Prophetam quoque ait: Tempore acce-

cepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod Paulus A postolus exponens dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos quò tu properas.

David quoque ait: Quoniam in sæculum misericordia eius. Ex quibus nimium sententijs constat, quia

qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsenatur. Sed tamen quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium Purgatorius ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit: Quia si quis in S Spiritu blasphemiam dixerit, neque in hoc sæculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam verò in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. *** Sed tamen, vt prædixi, hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est: sic ut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt: aut in non grauibus rebus error ignorantie, quæ cuncta etiam post mortem grauiant, si adhuc invita positis minimè fuerint relaxata. Nã cum Paulus dicat Christum esse fundamentum, atque subiungat: Si quis superædificauerit super hoc fundamentum aurum, argètum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, &c.

2. Cor. 6. Ecl. 9.

Psal. 137.

Explicatur locus Martini 12. cuius copiosiore expositione vide apud Bellarminum. tom. 1. disp. lib. 1. de Purgato. cap. 4. Venialia tantummodo peccata in Purgatorio expiantur.

* Otiosum autem verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret, teste eodem Gregorio, in fine Hom. 6. super Euang. Hinc quoque locum 1. Corinth. exponit Bellarmus. li. 1. de Purgato. c. 4.

* al. statim.

vel plumbum ædificat, id est peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia: sed lignum, sænum, stipulam, id est peccata minuta atque leuissima quæ ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic * saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vitâ positus, vt illic obtineat, promereatur. Lib. 4. *Dialog. cap. 39.*

*** Ex hoc *Matthæi loco cap. 12. vbi dicit Dominus esse quoddam peccatum, quod non remittatur neque in hoc sæculo neque in futuro, non solùm D. Greg. colligit quædam peccata remitti in futuro seculo, verùm etiam ipse B. Augustinus lib. 2. de *Ciuit. Dei, cap. 24. & lib. 6. in Italian cap. 3. idem conuincit. Similiter & ipse venerab. Beda, in cap. Marc. nec non & mellissus Ecclesiæ Doctor Bernardus, Homil. 66. in Cantic. Item Petrus Cluniacens. in Epist. contra Petrobustum. Rabanus lib. 2. de Instit. cleric. cap. 44. & alij plurimi in hunc locum.**

(Domine ne in furore tuo arguas me, neque ira tua corripas me.) Quasi dicat: Scio futurum esse, vt post huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatorijs, alij sententiam subeant æternæ damnationis. Sed quia illum transitorium ignem omni tribulatione æstimo præsentem intolerabiliorem, non solum in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transeuntis timeo correctionis purgari. Tu ergo Domine, cui in Spiritu meo seruo, quem omnium Saluatorem esse cognosco, ne arguas me in furore damnationis perpetuæ, neque corripas me in ira expurgantis vindictæ. *In princip. exposit. Psal. 3. pœnit.*

In vitæ exitu ij solummodo salubriter resipiscunt, qui & per internam visitationem perfectæ bona diligunt, & mala oderunt quæ amauerant. Qui tamen si sufficienter pro admisis iniquitatibus dolere non possunt, nihilominus & isti in hora, qua

COA

conuertuntur, viuunt. Nam qui perfectionem bonæ voluntatis habuerunt in confessione peccati, post mortem purgatoria pœna peccati ad vitam transeunt, si ad delenda peccata sufficientem vim amoris nequaquam habuerunt. Vnde & Paulus dicit: Sic salui fient quasi per ignem. Sed peccator qui ibi saluari per ignem meruit, hic per afflictionem carnis adimpleat hoc, quod sibi de vi amoris deesse cognoscit. *Et post pauca: Qui ergo si ne tormēto ignis ad salutem transire desiderat, cum nummo argenteo tortam panis offerat, vt qui per bonam voluntatem peccata deserit, ea nimirum valida carnis afflictione penitus extinguat. In cap. 2. libr. 1. Reg. ferè circa finem.*

4. *Orare & offerre sacrificium corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro defunctis Gregorij tempore vsitatissimum fuisse.*

Quos grauiâ peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca conueniunt, suorum quorum sepulchra conspiciunt recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. *Lib. 4. Dial. cap. 50.*

Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare: ita vt hanc nonnumquam ipsæ defunctorum animæ expetere videantur. *Lib. 4. Dialog. cap. 55.*

Refert in hoc eodem 55. capite libro 4. Dialog. Beatus Gregorius memorabile quoddam exemplum de Centumcellensi presbytero, qui a defuncti cuiusdam spiritus rogatus est, vt per sacri altaris hostiam ipsi subueniret, quod factum est: nam hebdomada continua Presbyter se pro eo in lacrymis afflixit, salutaremque hostiam quotidie obtulit.

R 3

tulit,

Illorū peccata purgatorius ignis expiabit, qui bonis actibus deū adhuc viuere, id est promeruerunt.

1. Cor. 9.

Nota hære-
tica.

Cassius Nar-
niensis vr-
bis Episco-
pus quoti-
dianum of-
ferre Deo
cõsueuerat
sacrificiũ,
ita vt penè
nullus dies
vita eius ab-
federet,
quo non o-
mnipotenti
Deo hostiã
placationis
immolaret.
Sacre hostiæ
salutaris ob-
latio, mul-
tum defun-
ctis confert,
vr è Purga-
torij pœnis
tempestiue
eripiantur:
Missæ nam-
que sacrifi-
ciũ est Do-
minicæ pas-
sionis iugis
repræsenta-
tio. Exemplum
de quodam,
cuius vincu-
la solueban-

tulit, donec tandem intelligeret à reatu hominem esse ab-
solutum. *Qua ex re inquit Gregorius quantum proficit ani-
mabus immolatio sacræ oblationis ostenditur, quando hæc
& ipsi mortuorum spiritus à viuentibus petunt, & signa
indican: quibus per eam absoluti videantur. Ibidem quo-
que allegatur exemplum cuiusdam iussi Monachi, qui in
proprietas vitio reperiens per oblationem tamen saluari
hostiæ à purgatorij pœnis liberatus est.*

Ne nobis in dubium veniãt verba mortuorum,
confirmant hæc facta viuentium. Nam vir vitæ
venerabilis Cassius Narniësis Episcopus, qui quo-
tidianum offerre consueuerat Deo sacrificium, se-
que in lachrymis inter ipsa sacrificiorum arcana
maçtabat, mandatum Domini per cuiusdam sui
visionem Presbyteri suscepit, dicens: Age quod
agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, nõ
cesset manus tua, natali Apostolorum venies ad
me, & retribuam tibi mercedem tuam. Qui post
annos septem ipso natalitio Apostolorum die
cum Missarum solennia peregisset, & mysteria sa-
cræ communionis accepisset, è corpore exiuit. *Lib.
4. Dialog. cap. 56. & Hom. 37. super Euang.*

Singulariter ad absolutionem nostram oblata
cum lachrymis & benignitate mentis sacri altaris
hostia suffragatur: quia is qui in se refurgēs à mor-
tuis iam non moritur, adhuc per hanc in suo my-
sterio pro nobis iterum patitur. Nam quotiens ei
hostiam suæ passionis offerimus, totiens nobis ad
absolutionem nostram, passionem illius repara-
mus *Hom. 37. super Euang.*

Non longè fertur à nostris temporibus factum,
quod quidam ab hostibus captus lögè transductus
est. Cum que diu teneretur in vinculis, eum vxor
sua cum ex eadem captiuitate non reciperet, extin-
ctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias
hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius to-

tions

tiens vincula soluebantur in captiuitate, quotiens
ab eius coniuge oblata fuissent hostiæ pro animæ
eius absolutione. Non longo post tempore reuer-
sus, admirans valde suæ indicauit vxori, quod die-
bus certis hebdomadibus singulis, eius vincula sol-
uebantur. Quos videlicet dies eius vxor, atque ho-
ras discutiens, tunc cum recognouit absolurum,
cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc
ergo fratres charissimi, hinc certa consideratione
colligite, oblata à nobis hostia sacra quantum in
nobis soluere valeat ligaturam cordis, si oblata ab
altero potuit in altero soluere vincula corporis.
Hom. 36. in Euang. & lib. 4. Dial. cap. 57.

*Vide etiam pulchrum ac notabile exemplum de Baraca
nauta, qui per saluarem hostiam S. S. Euchariæ, ex saua
maris tempestate fluctuantibusque procellis miraculose e-
reptus, tandem saluus ad Romanæ vrbs portum appulsi.
Lib. 4. Dialog. cap. 57.*

Idcirco credo quia hoc tam apertè cum viuenti-
bus ac nescientibus agitur, vt cunctis hæc agentibus
ac nescientibus ostendatur: quia si insolubiles
culpæ non fuerint, ad absolutionem prodesse
etiam mortuis victima sacræ oblationis pos-
sit. Sed sciendum est quia illis sacræ victimæ mor-
tuis profunt, qui hinc viuendo obtinuerunt, vt eos
etiam post mortem bona adiuuent, quæ hinc pro i-
psis ab alijs fiunt. *Lib. 4. Dial. cap. 58.*

5. *Defunctos meritis et intercessione Sanctorum
iuuari, præsertim in quorum Basilicis se-
pulti sunt.*

QVOS graua peccata non depriment, hoc pro-
dest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quod
eorum proximi quoties ad eadẽ sacra loca
cõueniunt, suorũ, quorũ sepulchra conspiciunt recor-

tur in capti-
uitate, quo-
tiens ab eis
coniuge ob-
lata fuisset
hostiæ pro
animæ eius
absolutio-
ne.

Sacra laraz
hostia qui-
busnam de-
functis pro-
fit.

Sepeliri in
Ecclesia, &
loco sacro,
vii bonis
prodest, ita
& malis ob-

est.
dan-

dantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauiā deprimunt, non ad absolutionem potius quā ad maiorem damnationis cumulū eorum corpora in Ecclesijs ponuntur: Quod melius ostendere poterimus, si ea quæ diebus nostris gesta sunt, breuiter enarremus. *Li. 4. Dial. ca. 50.*

De quadam
sāctimonia
si femina
in Ecclesia
B. Laurentij
sepulta,
quæ dimi-
dia apparuit
ascensā.

Vir viræ venerabilis Felix Portuensis Episcopus in Sabinensi Prouincia ortus atque nutritus est: qui quendam sanctimonialem fæminam in loco eodem fuisse testatur, quæ carnis quidem continentiam habuit, sed linguæ proccacitatem atque stultiloquium non declinauit. Hæc igitur defuncta atque in Ecclesia sepulta est. Eadem autem nocte custos eiusdem Ecclesiæ per reuelationem vidit, quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur, & pars vna illius igne cremabatur, & pars altera intacta remanebat. Cumque hoc surgens manè fratribus narrasset, & locum ostenderet in quo fuerat igne consumpta, ipsa flammæ combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem fæminā igne corporeo fuisset cōcremata. Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi quibus peccata dimissa non fuerint, ad cuitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiudicari. *Lib. 4. Dial. cap. 51.*

6. Obiectio quadam contra Purgatorium.

Quia authoris nostri gratia redempti sumus, hoc iam cælestis muneris habemus, vt cum à carnis nostræ in habitatione subtrahimur, mox ad cælestia præmia ducamur: quia dum conditor & redemptor noster claustra inferni penetrās electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendendo liberauit. *Lib. 13. Moral. cap. 20.*

Hunc Gregorij locum à Lamberanis fuisse detortum

ad labefactandam Purgatorij fidem testis est Ioannes Beyerius Titulo 18. suarum Concertationum: vbi eosdem hæreticos refellens, noluit (inquit) his verbis Gregorius negare Purgatorium, quod in quarto dialogorum et alibi per scripturas & historias tam diligenter confirmauit; sed hoc insinuare voluit, quod nunc non excludimur à regno celorum è vita migrantes, sicut patres veteris testamenti ante Christi passionem excludebantur: quia illi quantumlibet purgati, adhuc tamen excludebantur. Quod autem hæc eius fuerit intentio, patet per sequentia: subdit enim. Hi qui ante eius aduentum in hunc mundum venerunt, quantumlibet iustitiæ virtutē haberēt, ex corporibus educti, in sinū cælestis patriæ statim recipi nullo modo poterant, quia nondum venerat, qui inferni claustra sua descensione solueret, & iustorum animas in perpetua sede collocaret.

Solutur
Lutheri ob-
iectio con-
tra purgato-
riū ex ipso
Gregorio al-
lata.

7. Anima quomodo sciant que apud nos gerantur.

Sicut hi qui adhuc viuentes sunt, mortuorum animæ quo loco habeantur ignorant: ita mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciunt: quia & vita spiritus longè est à vita carnis, & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita etiam distincta cognitio. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est: quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quia foris sit aliquid quod ignorent. *Lib. 12. moral.*

cap. 13.

Anime San-
ctorum om-
nia inuen-
tur quæ hic
apud nos a-
guntur.

CAPVT SECVNDVM,

De Sanctis, & eorum prerogatiua.

1. *Animas Sanctorum etiam nunc, ante extremi iudicij diem regnare cum Christo.*

Esai. 49.

DE ipsis, *sanctis*, scriptum est: In terra sua duplicia possidebunt. Sancti etenim viri mundi gloriam mentis despectu calcantes, omnes in se carnales voluptates mortificat, vt in Deo postmodum perenniter viuant. Qui quoniam mundi miseras pro Deo pati in inimè refugijunt, beatitudinis aeternæ retributionem acquirunt. Quæ nimirum beatitudo & animabus eorum ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium confertur, sicut in Apocalypsi Ioannes Apostolus scribit, dicens: Vsq; quò Domine sanctus & verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui sunt in terra? Et datæ sunt eis singule stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus confessorum & fratrum ipsorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Quid namque est singulas illis stolas albas tribuere, nisi animabus eorum beatitudinis aeternæ immortalitatem conferre? Quid verò est donec electorum numerus impleatur requiescere, nisi futuræ resurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterum singulas stolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Quia ergo sancti viri ad aeterna felicitatis præmia non solum anima, sed etiam corpore post iudicium transeunt, rectè de eis dicitur, quia in terra sua duplicia possidebunt. *In psal. quæritur penitent.*

Sanctorum animabus statim post mortem beatitudinis præmium tribuitur. *Apocal. 6.*

Creden-

Credendum verò est, quod ante retributionem extremi iudicij, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, vt eos videntes in gaudio, nõ solum de suo supplicio sed etiam de illorum bono cruciuntur. Iusti verò in tormentis semper intuentur iniustos, vt hinc eorum gaudiu crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt: tantoque maiores redemptori suo gratias referunt, quanto vident in alijs quod ipsi perpeti, si essent relict, potuerunt. *Homil. 40. in Euang.*

Petrus. Nosse vellem, si nunc ante restitutionem corporum in cælo recipi valeant animæ iustorum.

Gregorius. Hoc neque de omnibus iustis fateri possumus, neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum animæ quæ à cælesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quodilationis damno quid aliud innuitur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt: Et tamen luce clarius constat, quia perfectorum animæ mox vt huius carnis claustra exeunt, in cælestis regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se veritas attestatur dicens: Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ: Quia vbi ipse redemptor noster est corpore, illuc procul dubio colliguntur iustorum animæ. Et Paulus: Cupio dissoluit & esse cum Christo. Qui ergo Christus in cælo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque de inhabitatione cælestis patriæ dicit: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, sed æternam in cælis, &c. *Lib. 4. Dialog. cap. 25.*

(Et cui erunt quæque optima Israël, nonne tibi 1. Reg. 9. & omni domui patris tui?) Israël, qui dicitur videns Deum, quem rectius hoc loco significat,

quàm

Iniusti dum iustorum cū Christo gaudentium beatitudinem conspiciunt inde cruciatur.

Perfectorum animæ mox vt ex corpore migrauerunt cælestibus gaudijs potiuntur. *Luc. 17.*

Philipp. 1.

2. Corinth. 5.

quàm æternorum ciuium illam beatam societatem, qui ex labore vitæ huius ad æternam omnipotentis Dei visionem peruenerunt? In cap. 9. lib. 1. Reg.

Animas Sanctorum cum è corpore migrant, mox ad celestis paradisi gaudia transferri, cum ex superioribus Gregorij verbis intelligi possit, tum plurimis quoque ipsæ fide dignissimis exemplis ex eodem Gregorio probari potest; nempe ex cap. 34. lib. 2. Dialog. ubi S. Benedictus refertur vidisse animam sororis suæ Scholasticæ è corpore egressam in columbæ specie celestis regni secreta penetrare. Idem quoque Benedictus vidit Germani Episcopi Capuani animam in sphaera ignea ab angelis in calum ferri, cuius rei testem Sernandum diaconum adhibuit, qui aliquam huius diuinæ luminis claritatem conspexit, vt habetur lib. 2. Dialog. cap. 35. & cap. 37. refertur de duobus discipulis, qui Benedicti Abbatis animam per viam innumeris conuscam lampadibus, recto Orientis iamite ab eius cella vsque ad calum deferri viderunt. Capite quoque 9. lib. 4. Dialog. de anima cuiusdam inclusi tale commemorat exemplum. Quidam religiosus, inquit, atque fidelissimus vir adhuc mihi in monasterio posito narrauit quod aliqui de Sicilia partibus nauigio Romam petentes in mari medio positi cuiusdam serui Dei qui in Sannio fuerat inclusus, ad calum ferri animam viderunt. Qui descendentes ad terram causamque an ita esset acta perscrutantes, illo die inuenerunt obiisse Dei famulum, quo eum ad celestia regna ascendisse cognouerunt. Vnde & Ecclesia in oratione de S. Gregorio ita habet: Deus qui animæ famuli tui Gregorij æternæ beatitudinis præmia contulisti, &c. Quare detestandus est error Ioannis Caluini, qui lib. 3. Institut. cap. 20. §. 20. dicit, salum Christum ingressum esse Sanctuarium cæli, reliquos verò omnes residere in atrio, ibique expectare vsq; ad mundi summationem.

(* * *)

2. Argo.

2. *Angelos preces nostras offerre Deo, hominibusq; varijs in rebus adesse & opulari.*

Quia cæta Angelorum ministeria dispensantur singulis quibusque gentibus sunt prælata, cum subiectorum mores aduersum se vicissim præpositorum spirituum opem merentur, ipsi qui præsunt spiritus, contra se venire referuntur. Is namque Angelus qui Danieli loquebatur, captiuus Israëlitiçi populi in Perside constitutus prælatus agnoscitur. Michaël autem eorum qui ex eadem plebe in Iudææ terra remanserant, præpositus inuenitur. Vnde & ab hoc eodẽ Angelo paulo post Danieli dicitur: Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps vester. De quo & hoc quod præmisimus dicit: Et ecce Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium mihi. Qui dum nequaquam simul esse, sed venire in adiutoriũ dicitur, apertè ei populo prælatus agnoscitur, qui captiuus in alia parte tenebatur. Quid est ergo, Angelum dicere, ego veni propter sermones tuos: princeps autem regni Persarum restitit mihi, nisi sua subditis opera nunciare? Ac si apertè dicat: Precum quidem tuarum merita exigunt, vt Israëlitiçi populus à iugo sue captiuitatis exuatur, sed est adhuc quod in eodem populo, Persarum domino purgari debeat: vnde ereptionem illius Persarũ Princeps mihi iure contradicat, quamuis preces tuas eorum quoque lachrimæ, qui in Iudæa relictii sunt, adiuuent, &c. Lib. 17. moral. cap. 7.

(Quadam autem die cum venissent filij Dei vt assisterent coram Domino, adfuit inter eos etiam Sathan.) Qui autem filij Dei, nisi electi angeli vocantur? de quibus cum constat quod obrutibus mælestatis inseruiant, valdè quærendum est vnde veniant vt coram Domino assistant. De his quippe voce

Singulis gentibus cæta ministeria angelorum exhibentur.

Daniel. 10.

Job. 2.

Math. 18.

voce veritatis dicitur: Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. De his Propheta ait: Milia milium ministrabant ei, & decies milles centena milia assistebant ei. Si igitur semper vident & semper assistunt, vigilantia cura quærendum est vnde veniant, qui nunquam recedunt. Sed cum de illis per Paulum dicitur: Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? per hoc quod missos cognoscimus, vnde veniant inuenimus. *Lib. 2. moral. cap. 2.*

Daniel. 7.

Hebr. 1.

3. Preces nostras à Sanctis in Christo quiescentibus intelligi.

Sancti in illa claritate, qua Deum vident, etiã quid circa nos agatur cognoscunt. Mulier quædam dñi SS. Martyribus Processo & Martiniano necessitates suas in orationibus exponit, tandem consolatione percipit.

Animæ sanctorum cum intus omnipotentis Dei claritatem videant, nullo modo credendum est, quia foris sit aliquid quod ignorent. *Lib. 12. Moral. cap. 13.*

Rem fratres dico breuem verbo, sed non paruum merito, quã religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnoui. Gothorum tempore matrona fuit valde religiosa, quæ ad horum Martyrum (Processi & Martiniani) Ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egredientes duos stantes sub peregrino habitu monachos inuenit, peregrinos credidit, dati eis aliquid elemosynæ præcepit. Sed piusquam eius erogator eis ad largiendum elemosynam propinquasset, astiterunt illi vicinius, & dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in die iudicij requiremus, & quicquid possumus præstabimus tibi. Quo dicto ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orandum rediit, seseque in lachrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece, quanto certior de promissione. *Homil. 32. super Euang. in fine.*

4. San-

4. Sanctos vnã cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre.

QVia verò scriptum est: orate pro inuicem vt saluemini, vt ad hæc peruenire mereamur, & me pro vobis apud sacratissimum B. Petri Apostolorum principis corpus, & vos pro me apud sanctum Cyprianum Martyrem orationibus decet incumbere. *Lib. 5. Epist. cap. 119.*

Si apud quendam magnum iudicem causa quælibet vestra esset die crastino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, patronū vestra paternitas quæreret, magnis precibus ageret vt apud tantum iudicem sibi defensor veniret. Ecce districtus iudex Iesus venturus est, tanti illius Angelorum Archangelorumque concilij terror adhibetur. In illo conuentu causa nostra discutitur, & tamen nos patronos modò nõ requirimus, quos tunc defensores habeamus. Adfunt defensores nostri Martyres, rogari volunt, atque vt ita dixerim, quærunt vt quærantur. Hos ergo adiutores vestris orationibus quærite. Hos protectores vestri reatus inuenite: quia ne punire peccatores debeat, rogari vult & ipse qui iudicat. *Homil. 32. super Euang. in fine.*

Rogo autem omnipotentem Deum, vt sua te gratia protegat, & Beati Petri Apostolorum principis intercessione à malis omnibus illæsum seruet, quatenus feruor cælestis desiderij in tua mente quotidie ardentius excres-

cat. *Lib. 7. Epist.*

cap. 53.

3. San-

Tarob. 4.
Gregorius petit orari pro se ad corpus S. Cypriani Martyris.
Sanctorum intercessionem implorare debemus, vt in die iudicij propitios illos inueniamus.

5. *Sanctos suppliciter inuocare, & ad eorum orationes, opem auxiliumq; confugere, etiam singulis Christianis bonum atque vile esse.*

AD Sanctorum Martyrum corpora consistimus fratres mei. Nunquid isti carnem suam in mortem darent, nisi eis certissime confisteret esse vitam pro qua mori debuissent? Ecce quia ita crediderunt, miraculis coruscant. Ad extinctamque eorum corpora viuentes aegri veniunt & sanantur. Periuri veniunt, & a demonio vexantur, demoniaci veniunt & liberantur. Quomodo ergo viuunt illic ubi viuunt, si in tot miraculis viuunt hic, ubi mortui sunt? *Homil. 32. in Euang.*

Petrus. Quidnam esse dicimus quod plerumque ex ipsis quoque patrocinijs Martyrum sic esse sentimus, ut non tanta per corpora sua, quanta beneficia per reliquias ostendant, atque illic maiora signa faciunt, ubi minime per semetipsos iacent? *Gregorius.* Vbi in suis corporibus sancti Martyres iacent, dubium Petre non est quod multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente querentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, vtrum ne ad exaudendum ibi praesentes sint, ubi constat quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est eos maiora signa ostendere, ubi de eorum praesentia potest mens infirma dubitare. Quorum vero mens in Deo fixa est, tanto maius habet fidei meritum, quam to illic eos nouit & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione. *Lib. 2. Dialog. cap. vlt.*

Ex his apparet, benevole lector, Sanctorum patrociniis, deuota mente sedulique precibus imploranda esse, vtpote cum sint amici & domestici Dei. Quod autem Philippus

Melan.

Melanchion in Apologia Augustanae Confessionis, inuocationem Sanctorum asserit veteribus fuisse incognitam, & non nisi post tempora Gregorij in Ecclesiam irrepisse, omnino falsum est. Nam huius meminit Diorys. Areopagita, B. Pauli Apostoli discipulum cap. 7. Eccles. Hierarch. Item Irenaeus lib. 5. contra haereses. Euseb. lib. 13. Praeparat. Euang. cap. 7. Basilius orat. in 40. Martyres. Gregorius Nazianzenus orat. in Cyprian. Chrysost. Homil. 66. ad pop. Gregorius Nyssenus oratione in S. Theodorum circa finem. Theophylact. in cap. 11. ad Heb. Hilarius in 129. psal. Ambros. lib. de uidijs ultra medium Hieronymus in Epitaphio Paulae, Augustinus tractat. 84. in Iohan. Leo Sermo 5. de Epiphania: qui omnes ipso Gregorio longe fuerunt antiquiores. Valeat igitur Philippus cum suis hisce verbis: Neque reliqui veteres scriptores ante Gregorium fecerunt mentionem inuocationis.

6. *Quare Angelus Apocalypsis, 19. & 22. & Petrus Act. 10. adorari se prohibuerunt.*

ANTE incarnationem Domini in testamento veteri adorasse homo Angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur: sed post mediatoris aduentum, cum se Ioannes adorando Angelo prostrauisset, audiuit: vide ne feceris, confertus enim tuus sum & fratrum tuorum. Quid est enim quod prius equanimiter se concedebant adorari, post ab homine Angeli recusant, nisi quod prius hominem carnalibus corruptionibus deditum, nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum quod abiectionem nouerant, iustius contemnebant, postmodum vero humanam naturam eodem substratam habere non poterant, quod hanc in authore suo etiam super semetipsos ductam uidebant? Neque enim debebat in membris subiecta despici, quae in ipso membroxum capite meruit

Apocal. 19. & 22.

S

pra: a-

prælata venerari. *Lib. 27. Moral. cap. 11.*

Astor. 10.
Quare Petrus non permiserit se à Cornelio centurione adorari.

Primus pastor Ecclesie, cum adorante se Cornelio super se sibi honorem videret oblatum, ad aequalitatem conditionis suæ citius recurrit, dicens: Surge, & ipse ego homo sum. Quis enim nesciat quod conditori suo homo debeat, & non homini prosterni? Quia ergo humiliari sibi plus quam debuit proximum vidit, ne ultra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex considerata æqualitate conditionis. *Lib. 21. Moral. cap. 11.*

Quia peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à suo confortio deputabant Angeli, ciues Dei. Sed quia nos cognouimus regem nostrum, recognouerunt nos Angeli ciues suos. Quia enim celi rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam Angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram Angeli redeunt, intentionem prioris discordiæ postponunt, & quos prius infimos abiectosque despexerant, iam socios venerantur. Hinc est enim quod Loth & Iosue Angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur: Ioannes verò in Apocalypsi sua adorare Angelum voluit, sed tamen idem hunc Angelum ne se debeat adorare compescuit, dicens: Vide ne feceris, confertus enim tuus sum & fratrum tuorum. Quid est quod ante redemptoris aduentum Angeli ab hominibus adorantur, & tacent, postmodum verò adorari refugiant, nisi quod naturam nostram quam prius despexerant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt: Nec iam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt, quam super se videlicet in cæli rege venerantur. *Homil. 3. in Euang.*

Genes. 19.
Iosue 5.
Apocal. 19.
22.

7. Sa.

7. *Sanctorum natalitia diesq; festos Gregorij tempore in solemnibus fuisse.*

Cassio Narniensis vrbis Episcopo dicitur: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua; Natali Apostolorum (Petri & Pauli) venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. *Homil. 37. in Euang.*

Huic autem (Cassio Narniensi) consuetudo fuerat, annis singulis Natalitio Apostolorum die Romam venire. *Ibidem.*

Novit dilectio tua hanc olim consuetudinem tenuisse, ut fratres & Coepiscopi nostri Romam semel in triennio de Sicilia conuenirent: sed nos eorum labori consulentes, constituisse, ut suam huc semel in quinquennio præsentiam exhiberent. Et quia iam diu est quod huc minimè conuenerunt, eos hortari te volumus, ut natalem S. Petri hic Deo perdente nobiscum debeant celebrare. *Lib. 6. Epist. cap. 183.*

Sancti Petri Apostolorum principis natalitium diem in Romana ciuitate vos facere velle perhibetis. Et oramus omnipotentem Dominum ut sua vos misericordia protegat, & vota vestra vos implere concedat. *Lib. 7. Epist. Indicti 2. cap. 9. ad Basilium.*

Quia fratres charissimi B. Andreæ & postolorum natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostræ obsequium deuotionis, immutata solennitas mentis: despiciamus quæ terræ nata sunt, relictis temporalibus mercedemur æterna. *Homil. 5. in Euang.*

Nos autè sollicitè requirentes ab Adcodato Diacono quodam fraternitatis tuæ cognouimus, quia nunquam consuetudo fuerit decessoribus tuis, ut in letanijis pallio nisi in solennitate B. Ioannis Baptistæ, & B. Petri Apostoli, & B. Martyris Apollinae uterentur. *Lib. 4. Epist. cap. 54.*

Cassio Episcopus singulis annis Romam venire confusus uerit in festo Apostolorum Petri & Pauli, ut eorum corpora ibidem quiescentia inuiseret.

Gregorius vult ut Episcopi à Sicilia Romam veniant, ibi quæ diem natalem B. Petri celebrent. Hortatur populum ut sicut Andree Apostoli natalem celebret, ita & eius vestigijs insistant: quia solennitates Martyrum, sunt exhortationes Martyriorum.

Prescribit Ioanni Episcopo Raennæ, quibus solennitatibus pallio uti in letanijis debeat.

Monet vřa
na idolorũ
in honorẽ
Sanctorum
dedicentur:
& Paganorũ
festa in Chi
stianorum
solennita
tes commu
sentur.

Nota cõsue
tudinẽ in
exornandis
templis, flo
ribus ramif
que arborũ,
idque in de
dicationib.
& festis SS.
Romę cele
bris natali
tius. B. Cy
priani.
Romani po
puli frequẽs
cõcufus, &
fingularis
deuotio er
gã S. Panca
rium Marty
rẽ in die na
tali eius.
Festũ S. Fali
citaris, que
septem suos
filios Chri
sto per Mar
tyrium dedi
cauit.

Fana idolorum destrui in eadem gente (An
glorum) minimè debent: sed ipsa quæ in eis funti
dola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem
fanis aspergatur, altaria construantur, reliquæ po
nantur: quia si fana eadem bene constructa sunt,
necesse est vt à cultu dæmonum in obsequium ve
ri Dei debeant commodari: vt dum gens ipsa ea
dem fana sua non videt destrui, de corde errorem
deponat, & Deum verum cognoscens ac adorans,
ad loca quæ confucuit, familiarius concurrat. Et
qui boues solent in sacrificio dæmonum multos
occidere, debet his etiam hac de re aliqua solenni
tas immutari; vt die dedicationis vel natalicio
Sanctorum Martyrum, quorum illic reliquæ po
nuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias,
quæ ex fanis commutatae sunt de ramis arborum
faciant, & religiosius conuiuijs solennitatem cele
brent. *Lib. 9. Epist. cap. 71.*

Stude si Deo placuerit, vt in hanc urbem, ante
natalem B. Cypriani transeas, ne ex signo quod
diebus istis semper imminet, quod absit, aliquid
periculum possit euenire. *Lib. 12. Epist. cap. 30.*

Ecce vidimus fratres charissimi quàm multi ad
solennitatem Martyris (Pancratij) conuenistis, ge
nua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac
confessionis emittitis, faciem lachrymis rigatis,
&c. *Homil. 27 in Euang.*

Ad hanc rem nobis idoneè confirmandam ad
est B. Felicitas, cuius hodiè natalitia celebramus:
quæ credendo exitit ancilla Christi, & prædican
do facta est mater Christi. Septem quippe filios, si
cut in gestis eius emendationibus legitur, sic post
se timuit viuos in carne relinquere, sicut carnales
parentes solent metuere ne mortuos præmittant.
Homil. 3. super Euang.

Quàm studiosè B. Gregorius sum vniuerso Romano po
pulo

pulo natalicios Sanctorum dies obseruauerit coluerit que,
constat ex pluribus Homilijs, quas in diuersis Basilicis, i
psis festorum diebus, diuersas habuit.

8. Basilicas Sanctorum nomine, Deo conse
cratas fuisse.

A Deodata gloriosa fœmina petitoria nobis
insinuauit, quod habetur in
subditis. In domo siquidem iuris sui intra
ciuitatem Lillabitanam monasterium ancillarum
Dei à solo se pro sua deuotione fundasse, quod in
honorem B. Petri Principis Apostolorum, & san
ctorum Christi Martyrum Laurentij, Hermetis,
Pancratij, Sebastiani & Agnetis desiderat consecra
ri *Lib. 8. Epist. cap. 63.*

Castrum quod Cassinum dicitur in excelsi mon
tis latere situm est, vbi vetustissimum sanum fuit,
in quo ex antiquorum more gentilium à stulto ru
sticorum populo Apollo colebatur. Itaque illuc
uir Dei, Benedictus, pergens contriuit idolum, sub
uertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo
Apollinis, oraculum B. Martini, vbi verò ara eius
dem Apollinis fuit, oraculum S. Ioannis constru
xit *Lib. 2. Dialog. cap. 8.*

Sanctulus Presbyter B. Laurentij Martyris Eccle
siam à Longobardis incensam miraculosè reedifi
care conatur. *Lib. 3. Dialog. cap. 37.*

Arrianorum Ecclesia, in vrbe Romana sita, Ca
tholica consecratione dedicatur, introductis illic
B. Stephani & S. Marthę Martyrum reliquijs. *Lib. 3.
Dialog. cap. 30.*

Quid in hac vrbe contigerit, tinctorum qui hic
habitant multitudo testatur, quod quidam artis ce
lorum primus cùm defunctus fuisset, in Ecclesia B.
Ianuarij Martyris iuxta portam S. Laurentij à con
iuge sua sepultus est, cuius sepulchrum cùm post

Adeodata
gloriosa fœ
mina, do
mũ suam cõ
uertit in tẽ
plum, quod
in honorẽ
D. Petri a
liorumque
Sanctorum
consecrati
curauit.

Benedictus
adem Apol
linis in S.
Martini tẽ
plum cõm
tauit.

Tinctor qui
dam defun
ctus in Ec
clesia B. Ia
nuarij sepel
modum

tur, sed corpus illius combustū inuenitur.

modum vxor aperiri curaret, vestimenta quidem in eo reperta sunt, corpus verò inuentum non est. *Li. 4. dialog. cap. 54.*

Festiuatibus Sanctorum desiderabiliter insistentes, presentis præceptionis nostræ paginam ad experientiam tuam necesse duximus dirigendam; indicantes ei oratorium B. Marię, quod nuper in cella fratrum ædificatum est, ubi Marinianus Abbas præesse dinoscitur, Augusto mense disposuisse nos adiuuante Domino summo opere dedicare, quatenus cœpta nostra operante Domino debeant consumari. *Lib. 1. Epist. c. 54.*

Substitutum alium presbyterum Ecclesię B. Marię.

Quia Ecclesiam S. Marię Campionis in tua Parochia positam presbytero vacare cognouimus, presertim portitorem Dominicum presbyterum in eadem Ecclesia ut præesse debeat, nos certum est deputasse. *Lib. 2. Epist. cap. 10.*

Serenitas vestrę pietatis religionis studio & sanctitatis amore conspicua, propter eam quæ in honorem S. Pauli Apostoli in Palatio ædificatur Ecclesiam, caput eiusdem S. Pauli, aut aliud quid de corpore ipsius suis ad se iussionibus à me præcepit debere transmitti. *Lib. 3. Epist. c. 30 in princip.*

Templum S. Stephani igne cõsumptum, rursus reedificatur, & à nouo dedicatur impofitis reliquijs.

Basilicam B. Stephani Martyris, quam fraternitas vestra incendio asserit concrematam, quam etiam nuper instauratam esse commemorat, facultatem tribuimus dedicandi, in qua etiam reliquiarum sanctuarium eiusdem B. Stephani Martyris volumus collocari. *Lib. 5. Epist. cap. 145.*

Veniens lator presentium Leuparicus presbyter insinuauit nobis fraternitatem vestram Ecclesiam in honore B. Petri & Pauli Apostolorum, nec non Laurentij atque Pancratij Martyrum construxisse, atque illic tredecim altaria collocasse, ex quibus quatuor necdum dedicata comperimus remansisse, ob hoc quod superscriptorum Sanctorum reliquias illic collocare

collocare Deo annuente disponitis. Et quia reliquias SS. Petri & Pauli, nec non Laurentij atque Pancratij Martyrum cum veneratione præbuimus, hortamur ut eas cum reuerentia suscipere & collocare auxiliante Domino debeatis. *Lib. 5. Epist. c. 150.*

Gloriosus filius noster Gregorius expræfectus, sanctuarium beatorum Martyrum in diocœsis vestrae locis quiescentium sibi postulat debere concedi, in quorum honorem Basilicam proprijs sumptibus edificari desiderat. Et ideo fratres charissimi præfati viri desiderijs ex nostra vos præceptione conuenit obedire, ut deuotionis suæ in consecratione quam postulat potiarum effectum. *Lib. 7. Epist. c. 11. Indict. 2.*

Ianuaria religiosa femina petitoria nobis insinuatione suggestit, quod habetur in subditis in masfa Furiana iuris sui oratorium se pro sua deuotione fundasse, quod in honorem Sanctorum Seuerini Cœlestis, & Iulianę Martyris desiderat consecrari. *Lib. 7. Epist. cap. 34. Indict. 2.*

Basilicam quam à dilectione tua in honorem B. semperque Virginis Marię per Sauinum Subdiaconem nostrum & rectorem patrimonij suggeris esse feruetam, consecrandi tibi præceptionis nostrę serie noueris facultatem attributam, quatenus frater charissimę deuotionis tuæ desiderium complens celsitudinis perfectione gratuleris. *Lib. 12. Epist. cap. 4.*

9. Nomina SS. Martyrum ad altare recitari, morem olim fuisse.

NOs autem penè omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennius mentionem martirum solentem agimus. *Lib. 7. Epist. cap. 29. Indict. 1.*

Etiam olim templa & altaria in honorem Sanctorum dedicata habentur, adhibitis etiam postis eorum fundamentis sacris reliquijs. De reliquijs concedendis Gregorio expræfecto. Ianuaria religiosa femina oratorium in honorem S. Seuerini Cœlestis, & Iulianę Martyris consecrari desiderat. Gregorius Iohanni Episcopo facultatem largitur consecrandi Basilicam in honorem B. Virginis Marię. B. Gregor. dicit suo tempore in quotidianis Missarum solennijs mentionem martirum solentem fieri.

10. *Luminaria in honorem Sanctorum tempore
Gregorij solere in templis accendi.*

Gregorius
vult vt ex
Ecclesiæ S.
Pauli reddi-
tibus lumi-
naria accen-
dantur, quæ
iugiter ar-
deant.
B. Paulus
Apost. Ro-
mæ non lō-
gè ab aquis
Salinis capi
te truncatus.

Licet omnia quæ hic Apostolica habet Ecclesia Beatorum Petri & Pauli, quorum honore & beneficijs acquisita sunt Deo sint auctore communia, est tamen in administratione actionū diuersitas personarum, vt assignatis cuique rebus cura adhiberi possit intentione. Cum ergo pro Ecclesia B. Pauli Apostoli, sollicitudo debita nos cōmoneret, ne minus illic habere luminaria idem præco fidei cerneretur, qui rotum mundum luminæ suæ prædicationis impleuit, & valdè incongruum ac esse durissimum videretur, vt illa ei specialiter possessio non seruiret, in qua palmam sumens Martyrij capite est truncatus vt viueret, vt ilem iudicauimus eandem massam quæ aquas salinas nūcupatur cum omnibus fundis suis, id est cella vinaria &c. omnibusque ad eam generaliter pertinentibus, cum eius Christi gratia luminariis deputare. &c. *Lib. 12. Epist. cap. 9.*

De altaribus quoque iuxta institutionem Domini Papæ Ioannis Apostolica auctoritate confirmamus, vt qui fuerit rector præfati monasterij (S. Medardi) fiat præterea altarium præsul & omnium Ecclesiarum sibi pertinentium, & inde præfatorum Sanctorum præcipuo altari luminaria exhibeantur, & hospitalitas peregrinorum cum reuerentia agatur. *Lib. 12. Epist. cap. vlt. de Priuilegijs monasterij S. Medardi Sueuonien.*

Gregorius
meminit lā-
pads, quæ in
honore D.
Petri etiam
noctu arde-
bat, dormi-
entibus om-
nibus: quod
quidem deu-
otionis ob-
sequium B.
Petro fuit
gratissimū.

Adhuc superiunt aliqui, qui Theodorum eius Ecclesiæ (quæ in vrbe Prænestina D. Petro est facta) custodem nouerunt, cuius narratio innotuit res quæ ei contigit valde memorabilis. Quod quadam nocte dum citius ad melioranda iuxta ianuā lumina surrexisset, ex more lignis gradibus sub lāpade positus stabat, & lampadis refouebat lumē.

Tunc

Tunc repente B. Petrus Apostolus in stola candida deorsum in pavimento constitit, eique dixit: Colliberte, quare tam citius surrexisti? Quo dicto ab oculis aspicientis euauit, sed tantus in eum pauor irruit, vt tota in illo corporis virtus deficeret, & per dies multos de stratu suo surgere non valeret. Quæ in re quid idem B. Apostolus seruicibus sibi voluit, nisi præsentia sui respectus ostendere, quia quicquid pro eius veneratione agerent, ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret. *Lib. 3. Dial. cap. 24.*

Lampades in quodam templo Romæ, diuinitus sunt accensæ. *Lib. 3. Dialog. cap. 30.*

11. *Sanctorum Martyrum cum Christo viuentium sancta corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, à fidelibus merito obseruanda & in pretio habenda esse.*

Oportet vt sacerdotes vel clerus Isauriæ ciuitatis ab antefati Cassiopi castri habitatione nullatenus repellantur, sed & B. Donati sanctum ac venerabile corpus, quod secum detulerunt, in vnam Ecclesiarum antedicti loci quam elegerint siue intus siue foris habeant reconde[n]di debita cum veneratione licentiam. *Lib. 12. Epist. cap. 2.*

Religiosis desiderijs facile est præbere consentum, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Et quoniam Sauinus Abbas monasterij S. Stephani in sulæ Cabis suggestit nobis se S. Agathæ Martyris reliquias iam olim apud se habere concessas, & in monasterio suo vult ipsa sanctuaria collocari, ideo ad prædictum monasterium te iubemus accedere, & si ibidem nullum corpus constat humatum, prædicta sanctuaria solenniter collocabis, vt deuotionis suæ potiatur effectus. *Lib. 5. Epist. cap. 52.*

Monet vt
B. Donati
corpus cum
debita reue-
rentia in Ec-
clesia repo-
natur.

De reliquijs
S. Agathæ,
debita cum
veneratione
collocan-
dis.

Petir sibi
transmitti
reliquias S.
Seuerini.

Gregorius
mittit Di-
nuntio Pa-
tricio Gallia-
rum nonni-
hil de Cathe-
nis S. Petri
& craticula
B. Lauren-
tij Martyris.

Corpora SS.
Petri & Pau-
li Gregorij
tēpore pluri-
mis quoti-
die clarebāt
miraculis.

Quia Ecclesiam positam iuxta domum Merula-
nam regione tertia, quā superstitio diu Arriana
detinuit, in honorem S. Seuerini cupimus conse-
crare, experientia tua reliquias B. Seuerini summo-
perè debita cum veneratione transmittat. *Libr. 2. E-
pist. cap. 58.*

Transmissimus B. Petri Apostoli benedictionem
& crucem paruulam, cui de cathenis eius beneficia
sunt inserta. Quæ illius quidem ad tempus ligaue-
runt, sed vestra colla in perpetuum à peccatis sol-
uant. Per quatuor verò in circuitu partes de B. Lau-
rentij craticula, in qua perustus est beneficia conti-
nentur: vt hoc vbi corpus illius pro veritate crema-
tum est, vestram mentem ad amorem Domini ac-
cendat. *Lib. 2. Epist. cap. 72.*

Serenitas vestra pietatis religionis studio & san-
ctitatis amore conspicua, propter eam quæ in ho-
norem S. Pauli Apostoli in palatio ædificatur Ec-
clesiam, caput eiusdem S. Pauli, aut aliud quid de
corpore ipsius suis ad se iussionibus à me præcepit
debere transmitti. Et dum illa mihi desiderarem
imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens
vestram erga me amplius potuissē gratiam
prouocare, maior me mēstitia tenuit, quod illa præ-
cipitis quæ facere nec possum nec audeo. Nam cor-
pora SS. Petri & Pauli Apostolorum tantis in Ec-
clesijs suis coruscant mira culis atq; terroribus, vt
neq; ad adorandum sine magno, illuc timore posse
accedi. *Vide reliqua per totam epist. 30. lib. 3.*

Vt moram in dandis reliquijs, quas gloria vestra
petit faceremus, non voluntate distulimus, sed præ-
cedentis rei nos casus fecit ambigere. Deus autem
omnipotens cordis vestri deuotionem intuens,
miraculorum signis admonentibus à vestra vos
intentione fraudari non pertulit. Sed ideo deside-
rium modica voluit dilatione differri, vt docenti-
bus

bus miraculis & amor vobis cresceret in venerati-
one Sanctorum, & maior fieret exultatio gaudio-
rum. *Lib. 8. Epist. cap. 62.*

Clauim à sacratissimo B. Petri corpore, in qua de
cathenis eius benedictio cōtinetur transmissimus,
quæ collo vestro suspensa contra omnia aduersa
vos muniat. *Lib. 12. Epist. cap. 17.*

12. *Multa beneficia hominibus à Deo per Sancto-
rum reliquias collata.*

VBi in suis corporibus SS. Martyres iacent,
dubium non est quod multa valeant signa
demonstrare, sicut & faciunt, & pura men-
te quærentibus innumera miracula ostendunt. *Li.
2. Dial. cap. vlt.*

Libertinus caligula Honorati puerum mortuū
resuscitat. *Li. 1. Dial. ca. 2.*

Nonnosus oleum oratione multiplicauit. *Lib. 1.
Dialog. cap. 7. Item ingens saxum amouit. Ibidem.*

Mulier quædam mente capta in specu S. Benedi-
cti sanitatem pristinam consecuta est. *Li. 2. Dialog.
cap. 38.*

Quid autem mirum si electi quique in carne po-
siti multa facere mirabiliter possunt, quorum ipsa
quoque ossa mortua plerumque in multis miracu-
lis viuunt? *Libr. 3. Dialog. cap. 21. in fine.*

Ad extincta Sanctorum corpora viuentes ægri
veniunt & sanantur. Periuri veniunt, & à dæmo-
nio vexantur. Dæmoniacy veniunt & liberantur.
Quomodo ergo viuunt illic, vbi viuunt, si in tot
miraculis viuunt hîc, vbi mortui sunt? *Homil. 32. su-
per Euang.*

In omnipotente Domino cōfido, quia nullo mo-
do benignissimæ voluntati surrepitur, & Sanctorū
Apostolorum virtutē, quos toto corde & mente di-
ligitis, nō ex corporali præsentia, sed ex protectione
semper

Corpora SS.
multis quo-
tidie mira-
culis co-
ruscant.

semper habetis Sudarium verò quod similiter trās-
mitti iussistis, cum corpore eius est, quod ita tangi
non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed
quia serenissimæ Dominæ tam religiosum deside-
rium esse vacuum non debet, de cathenis, quas ip-
se sanctus Paulus Apostolus in collo & in mani-
bus gestavit, ex quibus multa miracula in populo
demonstrantur, partem vobis aliquam transmi-
tere curabo, si tamen hanc tollere limando præva-
luero: quia dum frequenter ex cathenis eisdē mul-
ti venientes benedictionem petunt, ut parum quid
ex limatura accipiant, assistit sacerdos cum lima,
& aliquibus petentibus ita concitè de cathenis ip-
sis excutitur, ut mora nulla sit. Quibusdam verò
petentibus, diu per cathenas ipsas ducitur lima,
& tamen ut aliquid exinde exeat, non obtinetur,
Lib. 3. Epist. cap. 30.

Abundius custos autoritate B. Petri Apostoli
puellam quandam paralyti laborantem pristina
sanitati restituit. *Lib. 3. Dialog. cap. 25.*

13. Imagines Sanctorum colendas & in honore habendas.

Snadet ima-
ginem B.
Mariæ è sy-
nagoga au-
ferri, & debi-
to loco re-
poni.

Gregorius lib. 7. epist. cap. 5. *Indist. 2.* ad Ianuariū
Episcopum Caralitanum loquens de imagi-
ne B. Mariæ, & Cruce quæ posita fuerant in
Synagoga Iudæorum, quas iubet inde auferri. His,
inquit, hortamur affatibus, ut sublata exinde cum
ea qua dignum est veneratione, imagine atq; cru-
ce, debeatis quod violenter ablatum est reformare.

Lib. 7. Epist. 5. ad Secundinum docet imaginem sa-
ceram honorandam etiam prostratione ad terram,
non tamen ut Deum: Et nos, inquit, non quasi an-
te diuinitatem, ante illam prosternimur &c.

Idcirco

Idcirco pictura in Ecclesijs adhibetur, ut hi qui
literas nesciunt, saltem in parietibus videndo. le-
gant, quæ legere in codicibus non valent. *Lib. 7. E-
pist. cap. 109.*

Aliud est picturam adorare, aliud per picturæ hi-
storiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod
legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura
cementibus, quia in ipsa etiam ignorantes vident
quod sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesci-
unt. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pi-
ctura est. Quod magnopere à te qui inter gentes ha-
bitas attendi debuerat, ne dum recto zelo in cautè
succenderis, ferocibus animis scandalum genera-
res. Frangi verò non debuit, quod non ad adoran-
dum in Ecclesijs, sed ad instruendas solummodò
mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in
locis venerabilibus Sanctorum depingi historias
non sine ratione vetustas admisit, si zelum discre-
tione condisses, sine dubio & ea quæ intendebas
salubriter obtinere, & collectum gregem non dis-
pergere, sed potius dispersum poterat congregare,
per pastoris in te meritum nomen excelleret, non
culpa dispersionis incumberet. *Et paulò post.* Et si
quis imagines facere voluerit, minimè prohibe,
adorare verò imagines omnibus modis deuita. *Li-
9. Epist. cap. 9.*

**Caluin. lib. 1. Instit. cap. 11. §. 5. hæc authoris verba subsan-
nat atque impietatis arguit, dicens: Si Gregorius in schola
Spiritus Dei doctus fuisset, nunquam dixisset imaginem
librum idiotarum esse. Parum hæc sanè conueniunt cum his
quæ idem Caluin lib. 4. Instit. cap. 7. §. 22. literis mandauit,
vocans nimirum Gregorium virum sanctum. Vnde quod
ad presentem locum attinet, cui aliquot Prophetarum te-
stimoniam opponit, scire debet Caluinus, Gregorium eam ait
picturas libros esse idiotarum non eger de imagine Dei,
sed de imaginibus Sanctorum, ac potissimum de historijs de-
pictis.*

Quod legen-
tibus scrip-
tura, hoc
indotis est
pictura.

Gregorius
dum dicit
imagines
non adorand-
as, loquitur de ad-
oratione la-
tria: nam alioquin i-
magines ve-
nerabiles es-
se non ne-
gat.

piſtis, quibus redemptionis noſtræ myſteria continentur. Prophetæ autem cum dicunt lignum eſſe doctorem vanitatis vel mendacij, de ſimulacris falſorum deorum, non de veris Sanctorum imaginibus loquuntur.

CAPVT TERTIVM, DE Ieiunio Chriſtiano.

1. *Ieiunium à Deo in Paradiſo inſtitutum, & ad id nos Chriſti Seruatoris noſtri exemplo imitari.*

1. Reg. 11.
Ieiunium
nobis Lex
& Prophetæ,
imò & Euā-
gelium præ-
ſcribit.

ET factum eſt cum veniſſet dies craſtinus, con-
ſtruit Saul populum in tres partes & c.) In par-
tes quidem diuiditur populus, vt ſerpentem
Naas non vna acie ferimus. Et quidem in tres par-
tes diuiditur, vt ſacræ abſtinentiæ fructus & digni-
tas oſtendatur: quia ad eam quam manducando
perdidimus ſanctæ Trinitatis contemplationem,
ieiunando reuocatur. Hinc eſt enim quod legis &
prophetiæ & Euangelij ieiunia commendantur.
Nam Moſes vt legē percipere mereretur, bis qua-
draginta dierum numero ieiunauit. Helias vt Ieza-
bel manus euaderet, quadraginta diebus in vnus
cibi fortitudine ad Oreb Dei montem peruēit.
Dominus ac redemptor noſter Ieſus Chriſtus per
quadraginta dies in heremo ieiunans, nullum om-
nino cibum ſumpſit. In tres ergo partes Saul popu-
lum diuidit, quia in exemplum abſtinentium le-
gis & Prophetarum, atque Euangelij ieiunia pro-
ducuntur *Incap. 11. libr. 1. Reg.*

Caro ieiū-
nijs caſtigā-
da & in ſer-
uitutem re-
digenda,
Rom. 12.

Vnusquisque in quantum virtus ſuppetit carne
maceret, cuiusque deſideria affligat, concupiſcē-
as turpes interficiat, vt iuxta Pauli vocem hoſtia vi-
ua fiat. Hoſtia quippe & immolatur & viua eſt,
quando ab hac vita homo deficit, & tamen ſe à car-
nali

malibus deſiderijs occidit. Caro nos læta trahit ad
culpam, afflicta reducat ad veniam. Author enim
mortis noſtræ per fructum ligni vitæ, vitæ præce-
pta tranſgreſſus eſt. Qui ergo à paradifi gaudijs per
cibum cecidimus, ad hæc in quantum poſſumus,
per abſtinentiam reſurgamus *Hom. 16. in Euang.*

2. *Ieiunandum eſſe homini Chriſtiano, qui gra-
uiore tentatione pulſatur.*

N Iſi gulæ deditos immoderata loquacitas ra-
peret, diues ille qui epulatus quotidie dici-
tur ſplendide, in lingua grauius non arde-
ret, dicens: Pater Abraham miſerere mei, & mitte
Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquā,
vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac
flamma. Quibus proſeō verbis oſtenditur, quia
epulando quotidie crebrius in lingua peccauerat,
qui totus ardens refrigerari ſe in lingua præcipue
requirebat. Rurſum quia gulæ deditos leuitas pro-
tinus operis ſequitur, authoritas ſacra teſtatur, di-
cens: Sedit populus manducare & bibere, & ſurre-
xerunt ludere. Quos plerumque edacitas vſque ad
luxuriam pertrahit, quia dum ſacietate venter ex-
tenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hoſti-
callido qui primi hominis ſenſum in concupiſcē-
tiam pomi aperuit, ſed in peccati laqueo ſtrinxit, di-
uina voce dicitur, Pectore & ventre reſes. Ac ſi a-
pertere diceretur: Cogitatione & ingluuie ſuper hu-
mana corda dominaberis. Quia gulæ deditos lu-
xuria ſequitur, Propheta teſtatur, qui dum a-
perta narrat, occulta denunciat, dicens: Prin-
ceps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem. Prin-
ceps namque cocorum venter eſt, cui magna cu-
ra obſequium à cocis impenditur, vt ipſe de-
lectabiliter cibus impleatur. Muxi autera

I ue 16.
Qui gulæ de-
diti ſunt, in
varia pecca-
ta incidunt,
quæ quieſcē-
tare volue-
runt, ieiū-
nijs carnem
macerent,
neceſſe eſt.

Exod. 32.

Genef. 3.

Hie-

Hierusalem virtutes sunt animæ ad desiderium su-
pernæ pacis eleuata. Cocorum igitur princeps mu-
ros Hierusalem deiicit, quia dum venter ingluuie
extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruan-
tur. Quo contra nisi mentes abstinentium plerum-
que impatientia à sinu tranquillitatis excuteret,
nequaquam Petrus dum diceret: Ministrare in fi-
de vestra virtutem, in virtute scientiam, in scien-
tia autem abstinentiam, protinus vigilanter adiu-
geret, dicens: In abstinentia autem patientiam. *Ca.
20.3. parvis Pâst. curæ.*

2. Pet. 1.

3. *Quomodo ieiunium sit instituendum vt fructuo-
sus fiat.*

Aliquando dū mens abstinentiū ab ira se de-
primit hęc quasi peregrina veniens lætitia
corrūpit, & eō abstinentiæ bonum deperit,
quò sese à spiritualibus vitijs minimè custodit. Vn-
de rectè per Prophetam dicitur: Ecce in die ieiunij
vestri inuenitur voluntas vestra. *Et paulo post:* Ecce
ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pu-
gno impiè: voluntas quippe ad lætitiā pertinet,
pugnis ad iram. In cassum ergo per abstinentiam
caro atteritur, si in ordinatis demissa motibus mens
vitijs dissipatur. Rursumque admonendi sunt (ieiun-
nantes) vt abstinentiam suam & semper sine im-
mutatione custodiant, & nunquam hanc apud oc-
cultam iudicem eximix virtutis credant, ne si for-
tasse cum magni meriti esse creditur, cor in elatio-
nem subleuetur. Hinc namque per Prophetam di-
citur: Nunquid tale est ieiuniū quod elegi? Sed frā-
ge esurienti panem tuum, & egenos vagosque in-
duc in domum tuam. Qua in re pensandum est vir-
tus abstinentiæ quā parua respicitur, quæ non
nisi ex alijs virtutibus commendatur. *Cap. 20.3. par.
Pâst. curæ.*

Isa. 58.

Ieiunium
sive Absti-
nentiam si-
ne immuta-
tione esse
custodien-
dam, & nun-
quam deo
superbien-
dum.

Isa. 58.

Pâst. curæ.

Illud

Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius o-
culos manus elemosynarum leuat, quod cum
proximi dilectione agitur, quod cum pietate con-
ditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire,
vt vnde tua caro affligitur, inde egenis proximi ca-
ro reparatur. Hinc etenim per Prophetam Domini⁹
dicit: Cum ieiunaretis & plangeretis, nunquid ie-
iunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis & bibi-
tis, nunquid non vobis comeditis, & vobismetip-
sis bibitis? Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta
corporis quæ sunt communia dona conditoris si-
ne indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat, si
ea quæ sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus
tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit.
Hinc per Ioseph dicitur: Sanctificate ieiunium: Ie-
iunium quippe sanctificare est adiunctis bonis a-
lijs, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere.
Cesset ira, sopiantur iurgia. In cassum enim caro at-
teritur, si à prauis suis voluptatibus non refrena-
tur. &c. *Hom. 16. in Euang.*

Quale ieiunium Deo acceptum sit.

Zach 7.

Ioel 1.

In cassum
caro affligi-
tur, si à volu-
ptatibus car-
nis non ab-
stinet.

4. *Quales sint ieiunij effectus.*

Quòd extingui peccatum non potest, effugari
potest. Motus quippe carnis quasi in fugam
vertitur, dum ipsa bene ieiunando castigatur.
Tanto enim rarius ac difficilius se, contra spiritum
erigit, quanto sibi eam præsidens spiritus per exte-
nuationem subdit: cum sic eam domat, vt tardè su-
perbiat, citò conquiescat. *Et post pauca:* Per macera-
tionem corporis in tantum proficimus culmen
perfectionis, vt quicquid à carne, quicquid à men-
te ingeritur, leuiter superetur dum conuenire in
pugnam non sinitur. *In cap. 11 lib. 1. Reg.*

Ieiunando
illicitos
carnis mo-
tus compri-
mimus & se-
damus.

(Congregatio exercitus percussit Amalech.) Quia
fornicationis spiritus, non ante vincitur quam per
abstinentiam corpus atteratur, & omnis turpitudi-
o obscenæ cogitationis, bonis mentem replentibus

1. Reg. 14.

Carnis vi-
tia facile
comprimi-
mus, dum

T

effu-

ieiunij ex-
ceremur.

effugatur. Tunc quippe cum lambere, id est, delinire populus lambens delectando non potest: quia domita carne ieiunij, humilitatis arce prædita mente, orationis armis accincta, intenta doctrinæ cælestibus, exemplis munita, impiæ suggestionia, ditum præbere consentiendo non præuacet. In cap. 14. lib. 1. Reg.

5. *Christianis olim familiaria ieiunia fuisse.*

Eleutheri
orando im-
petrauit vt
B Gregori
Sabbatho
sancto, in
quo & pa-
muli pueri
ieiunant, ic-
iunare pos-
set.

S Eleutherij oratio quantæ virtutis sit, in me-
metipso expertus sum. Nam cum quodam
tempore in monasterio positus in cisione vi-
taliū paterer, crebrisque angustijs per horarum
momenta ad exitum propinquarem (quam medi-
ci molestiam Græco eloquio *synopin* vocant) &
nisi me frequenter fratres cibo reficerent, vitalis
mihī spiritus funditus intercidi videretur, Pascha-
lis superuenit dies. Et cū sacratissimo sabbatho, in
quo omnes & paruuli pueri ieiunant, ego ieiunare
non possem, coepi plus mœrore quàm in firmitate
deficere. Sed tristis animus consilium citius inue-
nit, vt eundem virum Dei secretò in oratorium
ducerem, eumque peterem quatenus mihī vt die il-
lo virtus ad ieiunandum daretur, suis apud omni-
potentem Deum precibus obtineret, quod & factū
est. Lib. 3. *Dialog. cap. 33.*

Gregorius
Mariano E-
piscopo æ-
grotati sua-
det & præci-
pit, vt à iei-
nio Ecclesiæ
abstineat.

Si ægritudine grauari te sentis & venire dispo-
nis, cum paucis tibi veniendum est: quia mecum
manens in Episcopo, quotidiana obsequia de hac
Ecclesia habebis. Præterea nec hortor nec admo-
neo, sed districte præcipio, vt ieiunare minimè præ-
sumas: quia dicunt medici huic molestiæ valde ef-
fesse contrarium, nisi forte si grandis solennitas exi-
git, quinque in anno vicibus concedo. Lib. 9. *Epist.*
cap. 28.

Exem-

Exemplum de quodam monacho, qui ieiunij tē-
pore secretò manducare consueuerat, & ideo in
hora mortis draconi deuorandus traditus erat, *Vt*
de Lib. 4. Dial. cap. 38.

CAPVT QVARTVM, DE
Quadragesimali ieiunio.

1. *Quadragesimale ieiunium à Christo institu-
tum & præceptum summo studio ob-
seruandum.*

Quia quadragesima dierum abstinentiam no-
stri redemptoris audiuius, & Quadragesi-
mæ tempus inchoamus, discutendum no-
bis est, cur hæc ipsa abstinentia per quadragesima die-
rum numerum custoditur. Moyses enim vt legē
acciperet, secundo diebus quadragesima ieiunauit,
Helias in deserto quadragesima diebus abstinuit. Ipse
author hominum ad homines veniens, in quadra-
gesima diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos
quoque in quantum possumus, annuo Quadragesimæ
tempore carnem nostram per abstinentiam affli-
gere conemur. *Hom. 16 in Euang.*

Quadragesi-
ma quare sit
in abstinen-
tia 40. die-
rum.
Exod 34.
3. Reg. 19.

2. *De mysterijs ieiunij Quadragesimalis.*

CVr ergo in abstinentia quadragenarius nu-
merus custoditur, nisi quia virtus decalogi
per libros quatuor sancti Euangelij custodi-
mus? Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim
mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus,
& per voluptates eiusdem corporis præ-
ceptis Dominicis contrahimus. Præcepta autem
Dominica per decalogum sunt accepta. Quia
ergo per carnis desideria, decalogi manda-
ta contempnimus, dignum est vt eandem

Mysterium
Quadragesi-
malis iei-
unij.

carnem quaterdecies affligamus. Quamuis de quadragesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A presenti enim die usque ad Paschalia solennitatis gaudia sex hebdomadæ veniunt: Quarum videlicet dies quadraginta duo sunt. Ex quibus dum sex dies Dominici abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta & sex dies remanent. Dum verò per trecentos & sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, ut qui nobismetipsis per acceptum annum viximus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Unde fratres charissimi sicut offerre in legè iubemini decimas rerum, ita ei offerre contendite & decimas dierum. Vnusquisque in quantum virtus suppetit carnem maceret, eiusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut iuxta Pauli vocem, hostia viva fiat *Hom. 16 in Evang.*

Dominicis diebus non ieiunatur.

Decimas rerum & dierum Deo offerre debemus.

Leuit. 27.

Rom. 12.

CAPVT QVINTVM, DE Ciborum delectu.

1. Cur Christiani ab esu carnum, & alijs nonnullis quandoque abstineant.

Honorat⁹ dñi per abstinentiam amorem carnis esum respuit, miraculose piscem obtinet.

Venantij quòdam Patricij in Samnij partibus villa fuit, in qua colonus eius filium Honoratum nomine habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorem cælestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cumque tam magna conuersatione polleret, seque iam ociofo quoque sermone restringeret, multum, ut præfatus sum, per abstinentiam carnem domaret: die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescendum carnes paratæ sunt: quas dum ille

ad

ad esum contingere per abstinentiæ amorem recusat, cœperunt eum parentes eius irridere, ac dicere: Comede, nunquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo verò in loco pisces audiri consueverant, non videri. Sed cum his sermonibus Honoratus irrideretur, repente in conuiuio aqua ad ministerium defuit, & cum situla lignea, sicut illic moris est, mancipium ad fontem perrexit. Dumque hauriret aquam, piscis situlam intrauit. Reuersumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes, totaque illa parentum irrisio cessauit. Cœpere namque in Honorato venerari abstinentiam quam ante deridebant, sicque à Dei homine irrisiois deteret sit opprobria * piscis allatus de fonte. *Li. 1. Dial. ca. 1.*

* al. piscis montanus.

2. Ciborum delectum ad refrenandam carnis lasciuiam olim in vsu fuisse.

Abstinentes quasi cum serpente pugnant, quando gulæ appetitum magna virtute depressunt, ut veneno luxuriæ non inficiantur. Pugnare quidem gulæ est, esurientia abstinentium corpora ad inordinatam ventris repletionem prouocare. Sed perfectos viros gulæ appetitus tentare potest, superare non potest. Bene ergo pugnare cœpisse contra exsiccatam dicitur, non vicisse: quia electi viri desideriorum carnalium impetum sentiunt, sed eisdem desiderijs sciunt virtute mentis obistere, sciunt necessaria per discretionem prouidere. Sciunt quidem gulæ impetum ferociter insurgentem deprimere, sciunt necessitati corporis alimenta iusta præstare. Hinc namque Doctore egregius dicit: Scio manducare & esurire. Manducare quidem & esurire nouit, qui & corpus modera-

Philip. 4.

tè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptio-
nem suggerenti gulæ vitio non consentit. *In ca. 11.*
lib. 1. Reg.

1. Cor. 9.

De semetipso Paulus ait: Castigo corpus meum,
& in seruitutem redigo, ne prædicans alijs repro-
bus efficiar. Qui enim ne reprobus fieret corpus ca-
stigaueat, nimirum lancea hostes suos longiuscu-
lè positos ante se perfodiebat. Prouidentia ergo ab-
stinentiæ pro hebdomada carnis libidine quasi
lancea accipitur, per quam venturi hostes feriun-
tur. *In cap. 13. lib. 1. Reg.*

Abstinentia
ciborū for-
nicationis
spiritum ex-
tinguit.

Ad extinguendum fornicationis spiritum vir-
tus vna non sufficit, Abstinentia quidem ciborum
contra hoc vitium fortissima est, sed sola non præ-
ualet: velut enim miles est, & pugnare potest, supe-
rare non potest: quia Amalech non vincitur nisi
exercitus congregetur. Qui ergo fornicationem
percutere appetit, addat abstinentiæ corporis, vir-
tutem humilitatis. Nam si mens Deo subdi humi-
liter despicit, carnis suæ desideria dominando ac
præeminendo non premit. *In cap. 14. lib. 1. Reg.*

Dum caro
impetum
suū per ab-
stinentiam
minuit, fa-
cile fornicationis spiri-
tum profi-
gat.

Fornicationis spiritus continentia virtute de-
pellitur: sed tamen leuius superatur, si caro impe-
tum suum per abstinentiā minuat, ne se mundanę
concupiscentiæ victa substernat. Gula per abstinē-
tiam frangitur: sed abstinentiam ciborum corpo-
ralium habere non potest, qui mentem spiri-
tualibus cibis non replet. *In cap. 14.*

lib. 1. Reg.

CAPVT

GREGORIANAE LIB. IV. 295 CAPVT SEXTVM, DE Cœlibatu.

1. Bonam esse castitatem coniugum, meliorem
viduarum, optimam verò vir-
ginum.

Cumque descenderent in extrema parte ciui-
tatis, Samuel dixit ad Saul. Dic puero, vt ante-
cedat nos & transeat: tu autem subsis e pau-
lisper, vt indicem tibi verbum Domini. Tulit autē
Samuel lenticulam olei, & effudit super caput e-
ius, & osculatus est eum.) Quid est enim, quod in
extrema parte ciuitatis rex ducitur & vngitur: Sed
extrema pars ciuitatis, est vltima pars populi sub-
iecti. Qui ergo vltimum locum tenent in sancta
Ecclesia, velut in extrema parte ciuitatis sunt. Ip-
sius autem Ecclesiæ in vltima parte, conuersi pec-
catores esse videntur. Nam iusti quique in superio-
ri vel prima sunt parte. Aut fortasse primum locū
virginitas tenet, secundum continentia, tertium
coniugalis vita, vltimum conuersio peccatorum.
In cap. 9. lib. 1. Reg.

Primum lo-
cū in Eccle-
sia Virgini-
tas tenet, se-
cundū con-
tinentia, ter-
tium vita
coniugalis.
1. Reg. 13.

(Et elegit Saul tria millia de Israel.) Tria quippe
millia esse perhibentur, quia in summa perfectio-
nis facie, virgines proferunt: iuxta quos & conti-
nentes, & veritatis defensores ponunt. Dum enim
exemplo virginum ad summam incorruptionis
alios accendunt, dum continentium vita alios à
sæculi corruptionibus auferunt, dum humilium
debilitatem per auxilia potentium defendunt, con-
tra hostes sanctæ Ecclesiæ boni doctores quasi cū
tribus electorum virorum millibus veniunt. *In ca.*
13. lib. 1. Reg.

Hoc quoque non inconueniēter accipimus, si tres

esse fidelium ordines dicamus. Siue namq; in veteri, seu in nouo testamento alius est ordo prædicantium, alius continentium, atque alius bonorū coniugatorum. Vnde & idē Prophetā in superiori parte tres viros liberatos vidit: Noe, Daniel, & Iob, in quibus videlicet tribus, prædicatores, continentes, & coniugati signati sunt. Nam Noe arcam in vndis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel in aula regia abstinentiæ deditus fuit, & idcirco vitā continentium signauit. Iob verò in coniugio positus, & curam domus propriæ exercens placuit, per quem dignè bonorum coniugatorum ordo figuratur. *Homil 76 in Euangel.*

2. *Virginitati nuptias aequandas non esse.*

ET percussit Ionathas stationem Philistinorū, quæ erat in Gabaa) Sicut excellit ordine sponsi acies, ita & victoriæ titulos prima suscepit. Ionathas quippe stationem Philistinorum percutit: quia electa virginitas de carne continentiae acie sublimata, motus turpes extinguit. Bene autem statione Philistinorum dicitur: quia in corpore virginali carnales motus non habent requiem delectationis, sed statim certaminis: stant quippe quia impugnant, sed requiescere non possunt, quia mentem sanctam minimè oblectant. *In cap. 13. libr. prim. Regum.*

1. Reg. 13.

(Et elegit Saul tria millia de Israel, & erant cum Saul duo millia in Magmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gaba Beniamin) Gaba, vt sæpe iā diximus, sublimis interpretatur, Magmas humilitas, Bethel domus Dei, Saul petitio, Ionathas columbæ donum dicitur. Tria verò millia virorum electorum de Israel, ad virgines & corti-

centes

nentes & veritatis defensores retulimus. Dum ergo columbæ donum Ionathas dicitur, & in Gaba, id est sublimi mille cum eo esse viri perhibentur: quid aliud quàm illos insinuat, qui lucidissimo virginitatis exemplo alijs præbent eiusdem normam pudoris. Bene autem columbæ donum institutor virginum dicitur: quia incomparabili gratia Spiritus sancti efficitur, vt à manentibus in carne, carnis corruptio nesciatur. Bene & in sublimi esse virgines dicuntur: quia quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde et virgo ille dilectus Iesu, locum virginum insinuans, ait: Vidi supra montem Syon agnum stantem, & cum eo centum quadraginta millia habentia nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quos etiam ex luce propria conuersationis insinuat, dicens: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit. In monte quidē esse cum agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in superna redemptoris gloria sublimantur. *In cap. 13. libr. 1. Reg.*

Apocal. 14.

Exercitati in bonis operibus electi, nonnūquam plus student agere quàm eis dignatus est Dominus iubere: carnis enim virginitas nequaquam iussa est, sed tantummodo laudata: nam si illa iuberetur, nimirum coniugium iam culpa crederetur: & tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obsequio quàm acceperunt præcepto. *Lib. 15. Moral. cap. 9.*

Virginitas, cum sit res ardua & sublimis non precipitur, sed laudatur.

Si attendatur felicitas, quæ sine transitu attingitur, leue fit quod transeundo laboratur. Audiant (virgines) quod per Prophetam dicitur: Hæc dicit Dominus Eunnuchis: Qui custodierint sabatha mea, & elegerint quæ volui, & scædus meum

Esai. 56.

tenuerint, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Eunuchi quippe sunt, qui compressis motibus carnis, affectum in se prauis operibus abscindunt. Quo autem apud Patrem loco habeantur ostenditur, quia in domo patris videlicet æterna mansione, etiam filijs præferuntur. Audiant quod per Ioannem dicitur: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit. Et quia canticum cantant quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Singulatiter quippe canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum præcunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cæteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorum celsitudine iæti sunt, quamuis ad eorum præmia non assurgant. 3. parte Pastoral. Curæ, admonit. 29.

Apocal. 14.

Matth. 19.

Et si Virginitas matrimonio sit præstantior, non tamen de ea vnquam inaniter gloriandum est.

Audiant peccatorum carnis ignari quod per semetipsam de hac integritate veritas dicat: Non omnes capiunt verbum hoc. Quod eò innotuit sumum esse quò denegauit omnium: & dum prædicat quia difficile capitur, audientibus innuit, certum cum qua cautela teneatur. Admonendi sunt itaque peccata carnis ignorantes, vt & præminere virginitatem coniugio sciant, & tamen se super coniuges non extollant, quatenus dum & virginitatem præferunt & se postponunt: & illud non deserant quod melius esse æstimant, & se custodiant quò se inani-ter non exaltant. I-

bidem.

3. Con-

3. Continentiam donum esse Dei, quod tamen rectè petenti non denegatur.

Bene autem columbæ donum institutor virginum dicitur: quia incomparabili gratia Spiritus Sancti efficitur, vt à manentibus in carne carnis corruptio nesciatur. Bene & in sublimi esse virgines dicuntur: quia quòd naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. In cap. 13. lib. 1. Reg.

Sapiens illic diligenter admonet, dicens: Omnia custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit: & de neglecto mors exit. Vita namque procedit cum cor seruat: quia dum immunditia omnis repellitur, ad virtutes conuersorum spiritus animatur. In cap. 15. lib. 1. Reg.

In Euangelio Dominus dicit: Sint lumbi vestri præincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt verbum prædicationis subditi audiant, sed eos ad bonum castitatis quò audiunt exempla lucidissimæ conuersationis trahant. Vnde bene perfecto numero designantur, cum subditur: *Ducenta milia pedum, & decem milia viroꝝum Iuda*. Pedum nomine electi figurantur, non cum alta prædicant, sed cum per bona exempla cælestis itineris rectitudinem alijs demonstrant. Pedites quidem gressibus currunt, quò producere arma volunt. Quid verò sunt exempla castitatis, nisi cælestium militum terris impressa vestigia. In cap. 15.

lib. 1. Reg.

4. Con-

4. *Continentiam rectè promitti ac voueri Deo, illudq; votum fideliter seruandum esse.*

ANanias pecunias Deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte multatus est scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abstulit, considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed teipsum Deo omnipotenti, cui te sub monachi habitu deuoueras, subtraxisti? Considera iudicium Dei quod mereatur qui semetipsum Deo vouit, continuoq; mundi desiderijs irretitus, mentitus est quod vouit. Si mihi credideris, si correptionis meæ verba secuturus audieris, quam sint blanda & dulcia in fine cognosces. Ecce fat eor, mrens loquor, & facti tui tristitia astrictus, ædere verba vix valeo: & tamen animus tuus actionis suæ confcius vix sufficit ferre quod audit, erubescit, confunditur, auersatur. *Lib. 1. Epist. cap. 33 ad Venant.*

Iubet Monachos, si vxores ducant debere separari, & remitti ad monasteria.

Quia aliquos monachorum vsque ad tantum nefas prosiisse cognouimus, vt vxores publicè fortiantur, sub omni eos vigilantia requiras, & inuentos digna coercionem in monasterijs quorum monachi fuerunt retransmittas. *Lib. 1. Epist. cap. 40.*

5. *Cælibatus & castitatis seruandæ vouendæq; Gregorium sedulum esse suaforem.*

QVia Felix defensor puellam nomine Cælam habere dicitur, quæ cum magnis lachrymis & vehementi desiderio habitum conuersionis appetit, sed eam præfatus Dominus suus conuerti minime permittit, idcirco volumus vt experientia tua præfatu Felicæ adeat, atq; puellæ eiusdem animû sollicitè requirat, & si ita esse cognouerit, pretium

pretium eiusdem puellæ suo domino præbeat, & huc eam in monasterio dandam cum personis grauibus domino auxiliante transmittat. Ita verò hæc age, vt non per lentam actionem tuam præfata puellæ anima detrimentum aliquod in desiderio suo sustineat. *Lib. 2. Epist. cap. 78.*

Perfecti viri in ducentis millibus continentur: quia per diuinā gratiam tam corporis continentia quam integritate mentis ad summam pudicitie arcem peruenere. Tam enim in corpore quam in mente habent perfectionem intentionis: vel quia non remisere aut negligenter Deo per pudicitiam seruiunt, centenarium habent operis, & quia ei seruire non desinunt, habent millenarium multiplicationis. Sed fortes & affidui sunt ad continentiam corporis, perfecti & instantes ad circumspicionem cordis perfectione virtutis. Talem quidem etiam viduam Apostolus esse præcipiens, ait: Vt sit sancta *1. Cor. 7.* carne & spiritu. Sancta quippe carne & spiritu est, si perfectione castitatis qua fulget in corpore, fulgeat etiam in mente. Quod si viduæ tales sunt, quales esse iustæ sunt virgines? De illis namque pluribus sub vnus descriptione dictum est: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. In eodem quoq; *Psal. 44.* Psalmo laudatur eadem regina, cum dicit: Omnis gloria eius sicut regis abintus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Quid est enim vestitus aureus, nisi decor & honor corporis virginalis. *In ca. 15 Lib. 1. Regum.*

6. *Voto castitatis obstrictos, si matrimonium contrahant, in salutis suæ extremo discrimine versari.*

Commisisti officij qualitas me, fratres charissimi, mihi in vocem cogit doloris erumpere, & dilectionem vestram anxietate charitatis exasperare,

rare, quod illic vos nimium negligentes & remissos dicitur extitisse, ubi studium vestrum acriter iustitiæ rectitudinis, & zelus debuit castitatis accendere. Peruenit enim ad nos Syagriam quondam vitam religiosam, mutatis etiam vestibus affectam, postea marito violenter esse, quod dici iniquum est, sociatam, & nullo vos in eius defensione dolore permotos. Quod si ita est, vehementius ingemisco, ne apud omnipotentem Dominum quod absit, mercenarij officium, & non Pastorem meritum habeatis. Quippe qui in ore lupi ouem laniantam sine certamine reliquisti. Quid enim disturi, quamue rationem futuro estis iudici reddiduri, quos stupri scortatio non commouit, quem ad defendendum fauor nequaquam religio si habitus excitauit, quos ad tutandam pudicitiam integritatem sacerdotalis consideratio non crexit: *Lib. 7. Epist. Indict. 2. cap. 18.*

7. *Sacerdotum & virginum debere esse separata a habitacula.*

Volumus ut Sacerdotes qui in Corsica commorantur, prohiberi debeant ne cum mulieribus conuersentur, excepta dumtaxat matre, sorore, vel vxore, quæ castè regenda est. *Lib. 1. Epist. Indict. 9. cap. 50.*

Ex quorundam relatione cognouimus Sacerdotes territorij Nursini cum mulieribus extraneis commanere. Pro qua re valde nos fraternitastua contristatos agnoscat: quæ dudum talia, si tamen cognouit, minimè passa est coërceri. Sed quoniam præcipimus defensori, ut hæc debeat modis omnibus emendare, si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere, ad fraternitatis tuæ cum debeat euocare iudicium. *Lib. 11. Epist. cap. 41.*

Perue-

Peruenit ad nos quosdam Episcoporum sub pre-textu quasi solatij in vna domo cum mulieribus conuersari. Et ideo ne per hoc aut subannatori-bus iusta obrectationis detur occasio, aut facilem antiquus humani generis inimicus materiam deceptionis assumat, huius tibi serie præceptionis iniungimus, ut strenuum te studeas ac sollicitum exhibere. Et si qui Episcoporum quos commissi tibi patrimonij finis includit cum mulieribus degunt, hoc omninò compescas, & de cætero eas illic habitare nullo modo patiaris, exceptis eis quas sacrorum canonum censura permittit, id est matre, amita, germana, & alijs huiusmodi, de quibus praua non possit esse suspitio. Melius tamen faciunt, si etiam à talium se cohabitatione continent. Nam legitur quod Beat. Augustinus nec cum sorore habitare consueuerit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio. Nam incautæ præsumptionis est, quod fortis pauct, minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non uti concessis. *Lib. 7. Epist. Indict. 2. cap. 39.*

Qui corpus suum continentiae dedicant, habitare cum faminis non præsumant; ne ruina mentem tanto repentina surripiat, quanto ad hoc quod malè concupiscitur, etiam præsentia concupitæ formæ famula-tur. *Lib. 3. Dial.*

cap. 7.

B. Augustinus nec cum propria, quidem sorore habitare voluit.

Sacerdotibus mulierum cohabitationes esse nocitas, vti patet ex exemplo Andree Fundane vrbis Episcop. 3. Dial. 7.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM. De Cœlibatu Sacerdotum.

1. Clericos, præsertim Diaconos, Sacerdotes
& Episcopos Gregorij seculo cœlibes
existisse.

SI quis Presbyter vel Diaconus vxorem duxerit, anathema sit. *Gregorius in Decretis in fine libri 12. Epist.*

Quidam Episcopus in luxuriam lapsus, dono miraculi priuatur. *3. Dial. 32.*

Si qui ex familia Ecclesiastica sacerdotes, vel leuitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alij lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, sed res eorum Ecclesiastico iuri non subtrahi. *Et post pauca.* Nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. *Lib. 1. Epist. cap. 42.*

Hortatur
Andream
Tarentinũ
Episcopũ,
qui concubiam
habuisse dice-
batur, ad-
gendam pœ-
nitentiam.

Habuisse te concubinam manifesta veritate comperimus, & te illius criminis participationem habere. De qua etiam contraria est quibusdam innata suspitio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuæ conscientie eligimus committendum. Qua de re si in sacro ordine constitutus eius te permixtione esse recolis maculatum, sacerdotij honore deposito, ad administrandum nullo modo præsumas accedere; sciturus in animæ tuæ periculum te ministrare, & Deo nostro sine dubio te reddere rationem, si huius sceleris conscius, in eo quo es ordine, zelans veritatem permanere volueris. *Lib. 2. epist. Indist. 9. cap. 83.*

Ad fraternitatis tuæ consulta respondentes, statuimus Diaconem & Abbatem de portu Veneris, quem

quem indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse villo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit. Subdiacones quoque quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiunt. In portu autem Veneris loco lapsi Diaconis, alium qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum verò ex Presbytero, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus. *Lib. 4. Epist. cap. 60.*

Ante triennium subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliae, prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesie nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentie non inuenit, neque castitatem promissit, compellatur à sua vxore separari: atque per hoc quod absit, in deteriorius cadat. Vnde videtur mihi, vt à presenti die omnibus Episcopis dicatur, vt nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit: quatenus & præterita mala quæ per propositum mentis appetita non sunt, violentè non exigantur, & futura cautè caueantur. Qui verò post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est continenter cum suis vxoribus vixerint, laudandi atque remunerandi sunt, & vt in bono sic permaneant exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se à suis vxoribus continere noluerint, promoueri ad sacrum ordinem nolumus. *Lib. 1. Epist. cap. 42.*

Ex his Gregorij verbis Petrus Martyr multa deducit, que aduersus Catholicos pugnare videntur: atque in primis hunc locum fraudulenter corruptit & nequiter deprauat: nam pro eo quod Gregorius dicit sibi durum atque incompetens videri, hanc prohibitionem Subdiaconorum

Permittit, vt
Subdiaconi
Sicilia, qui
iam vxores
habebat ab
ijs non sepa-
rentur: verù
de cætero
nulli ampli-
us ordi-
nentur, qui
non antea
continentiam voue-
runt.

Siciliae,

Sicilia, Martyr pro verbo incompetens, substituit, impletum. Deinde non fuisse eo tempore votum annexum sacro Ordini hinc colligi posse affirmat, quod Gregorius dixerit, durum sibi esse visum, ut Subdiaconi castitatem tenere cogerentur qui non promiserant. At si in Sicilia Subdiaconi non vouebant, num idcirco alijs in locis non vouebant imò abusus erat quod in Sicilia non vouerent. Nam hac de causa Gregorius iubet monevi Episcopos, ut nullum ad Subdiaconatus ordinem prouebant, nisi qui se castè victurum promittat. Quod verò asserit tyrannidem hanc ab Ecclesia Romana originem traxisse, in Orientali seu Græca Ecclesia, eiusmodi usum ante Gregorij tēpora nō fuisse, omnino falsum est, uti constat ex Epiphano Hæresi 59. Origene Homil. 23. in Numer. Gregor. Nyssen lib. de Virginit. cap. vii. Cyrillo catech. 12. Chrysolomo Homil. 2. de patientia Iob. Item Hieronymo lib. in Vigilant. circa initium, ubi, Quid facient, inquit, Orientis Ecclesie? quid Aegypti & Sedis Apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt?

2. Qua de causa Episcopos & reliquos Presbyteros atque Diaconos celibes esse deceat.

Qui prædicationis ministerium sumunt, precipuo castitatis fulgore ante decorandi sunt: quia si per incōtinentiam defluunt, continentes alios facere nequaquam possunt, & ad tantæ lucis bonum prouocare non prævalent, qui eius radios in propriæ conuersationis fulgore non habent. In cap. 15 lib. 1. Reg.

Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepti officij, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat: quia necesse est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere aliorum sordes curat, ne tacta quæque deterius inquinat, si sordida in se mens lutum tenet. Hinc namque per Prophetam Esaiam

Esaiam dicitur: Mundamini qui fertis vasa Domini. Etenim vasa Domini ferunt, qui proximorum animas ad æterna sacraria perduendas in suæ conuersationis fide suscipiunt. Apud semetipsos ergo quantum debeant mundari conspiciant, qui ad æternitatis templum vasa viuentia in sinu propriæ sponsonis portant. Hinc diuina voce præcipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constingat, ne indiscretum quid vel inutile cogitet: qui est ad exemplū alijs constitutus, ex grauitate vitæ semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. 2 part. Pastoral. cap. 2.

(Sanctificamini & venite mecum.) Si. n. interesse sacrificijs non audet nisi sanctificati, quid de sacrificantibus censendum? Sanctificare. n. purgare est. Quantum ergo puros decet esse Pontifices, ubi inuitata ad sacrificiū non nisi sanctificatae admittendæ sunt plebes? Sanctificatio quippe corporis pudicitia est, sanctificatio mētis charitas & humilitas. Sanctificetur ergo ad sacrificiū inuitatus, sed magis ille cogitur à quo inuitatur. Notent Sacerdotes quæ inuitatis dicant: Venite mecum. Secum quippe sanctificati veniunt, si cum mundis plebibus ad Dei obsequia mundi sacerdotes accedunt. Secum quippe ire est, mundos cum mundis accedere. Nā si mundæ sunt plebes, non mundi sacerdotes, secum nō veniunt, quia æquali puritatis ordine non incedunt, audiāt huiusmodi quid aliter Propheta admonet, dicens: Mundamini qui fertis vasa Domini. Audiant item quod dicit: Lauamini, mundi estote. In c. 16. l. 1. Reg.

Magdeburgenses ut exosam reddant antiquissimam de celibatu clericorum legem tot seculis confirmatam Centuria 6. cap. 37. col. 388. et cap. 10. colum. 686. & alibi, citant epistolam cuiusdam Vldarici Augustani Episcopi ad Nicolaum I. Romanum Pontificem in hæc verba: Beatus Grego.

Gregorius Magnus Papa I. aliquando suo quodam decreto uxores sacerdotibus ademit. Deinde paulo post cum idem Gregorius iussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, piscatores pro piscibus sex millia capitum infantium suffocatorum repererunt: quam eadem infantium cum intelligeret S. Gregorius ex occultis fornicationibus vel adulterijs sacerdotum natam esse, continuo renouavit decretum, & peccatum suum dignis penitentiae fructibus purgavit. Et haec quidem illi. Verum quam impudens hoc sit commentum, virisq; & Vldarici, vel, ut alij eum vocant, Vdalrici, & Nicolai Pontificis inspecta aetate, instar fumi dissipatur. Nam in primis temporibus nullo modo cohererent, cum S. Vdalricus creatus sit Episcopus Anno Domini 924. ut Hermannus Contractus & Abbas Vrspergensis docent. Vel anno 903, ut dicitur scriptum esse in chronica Augustanae Ecclesiae, Nicolaus autem Papa I. vitam finierit Anno Domini 867. ut Onuphrius annotauit in libro de Romanis Pontificibus. Unde fieri non potuit, ut Vdalricus Episcopus ad Nicolaum Papam scriberet, qui iam dudum obierat. Itaque hinc prudens lector facile colligere potest, quales nobis Chimeras pro ecclesiasticis historijs obtrudant Magdeburgici centuriones. Quis enim alicuius nominis vel existimationis auctor huius fabellae in suis scriptis vel tenuem vnquam mentionem fecit? Non tulit celibatus legem primus Gregorius, sed totus orbis longe ante Gregorium eam agnouit. Nam Concilium Romanum sub Syluestro I. celebratum canone 3. prohibet Subdiaconis, ne uxores villo modo ducere audeant. Item Concilium Aquisgranense tempore Ludouici I. cap. 5. & Concilium Vormaciense cap. 9. Placuit, inquit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi abstineant se ab vxoribus, & non generent filios. Praeterea, quod iste auctor dicit S. Gregorium ademisse uxores sacerdotibus falsum est, & magis adhuc falsum quod resciderit huiusmodi decretum. Quod autem in piscina Gregorij sex millia infantium capitum sint inuenta, prorsus ridiculum & absurdum est. Neque enim vllum harum rerum vestigium ex-

stat in

stat in omnibus B. Gregorij operibus, neque apud Ioannem Diaconum, Bedam, Sigebertum, Adonem aut Fraculphum. Immo ipse Gregorius lib. 1. Epist. cap. 42. meminit decreti sui praedecessoris, qui iusserat Subdiaconos siculos separari ab vxoribus, & viuere calibes, ut reliqui Subdiaconi in tota Ecclesia viuere, & ibidem temperat rigorem decreti, inbe enim permitti uxores Subdiaconis, qui eas duxerant ante ordinationem, sed non ordinari rursus alios nisi prius vouerent continentiam. Itaque nihil ipse noui statuit, sed solum mitigauit rigorem sententiae sui praedecessoris. Unde non immerito suspicatur Staphylus hanc epistolam confictam esse sub nomine S. Vdalrici. Nam quid iam absurdum quam credere illis paucis annis quibus Ecclesiae praesuit Gregorius, Subdiaconos vnus insulae tot procreasse pueros, eosque & immani crudelitate prius ingulare, deinde verò ingulatos per longa maris & terrae spacia ad Romanam piscinam deferre pari consensu voluisse, quasi defuerint Sicilia vel flumina vel maria, in qua multo & iuuus & facilius infantes demergerentur? Quomodo autem intellectum esset illa esse capita filiorum clericorum, non laicorum? Verum de his satis; plura qui videre desiderat ad Bellarmini Controuersias, & Alani Copi Dialogos, aliosque qui hanc rem ex professo tractant, recurat.

CAPVT OCTAVVM, DE Monachorum instituto.

1. De nomine & origine Monachorum.

NOS qui abrenunciantes saeculo remotioris vitae secretum petiuimus, Monachi vocamur. Mōvō quidem graece, latinè autem vnus dicitur. Hoc quippe titulo appellationis inscribimur, ut vox nominis nostri nobis insinuet altitudinem dignitatis, & animus noster tanto ardentius ad conditoris visionem se erigat, quanto sublimitatem claritatis, in qua semper debet consistere, quasi in fronte praelatam, portat. In cap. 1. lib. 1. Reg.

Monachus
habet nomē
à Græco ver-
bo μόνος,
quod est v-
nus.

Monachorum institutum esse antiquissimum, vtpote à S. Benedicto, qui ante mille annos vixit, non quidem inchoatum, sed certis regulis ac legibus confirmatum amplificarumque. Romanus tradidit Benedicto religionis habitum. S. Benedictus duodecim monasteria construxit, multique nobiles Romani eius filios suos erudientes & sacre religionis professione conseruandos obtulerunt. Monachorum institutum non esse nuper inuen-

S. Benedictus plus appetens mala mundi perpeti quam laudes, & pro Deo laboribus fatigari quam vitæ huius favore extolli, nutricem suam occultè fugiens, deserti loci secessum petiit, cui Sublacum vocabulum est, qui ab Romana vrbe quadraginta ferè millibus distans frigidus atque perpicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenso prius lacu colligitur, ad extremum verò in amnem deriuatur. Quò dum fugiens pergeret, Monachus quidam Romanus nomine, hunc eundem reperit, quò tenderet requisivit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit, eique sanctæ conuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit ministravit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens in arctissimum specum se tradidit, & tribus annis excepto Romano Monacho hominibus incognitus mansit, qui videlicet Romanus non longè in monasterio sub Theodati (al. Deodati) patris regula debebat. *Lib. 2. Dial. c. 1.*

Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisq; succresceret, multi ab eo in eodè loco ad omnipotentis Dei seruitium sunt congregati, ita vt illic duodecim monasteria cum omnipotentis Iesu Christi Domini opitulatione construeret, in quibus statutis patribus duodenos Monachos deputauit, paucos verò secum retinuit, quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicauit. Cœpere etiam tunc ad eum Romanæ vrbs nobiles & religionis concurrere, suosq; ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Euicius Maurum, Tertullius verò Patricius Placidum tradidit. *Lib. 2. Dial. cap. 3.*

Liber Petre adhuc de eodem venerabili patre Benedicto multa narrare, sed quædam eius studiosè prætereo, quia ad aliorum gesta voluenda festino.

Hoc

Hoc autè nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verborum non mediocriter fultit. Nam scripsit Monachorum regulam discretione præcipuam, sermone luculentam. Cuius si quis velit subtilius mores vitamque cognoscere, potest in eadè institutione regulæ, omnes magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit. *Lib. 2. Dial. cap. 36.*

rit: Fatetur namque Hieronymus, suo tempore in Nitriæ solitudinibus circiter quinq; millia Monachorum diuisis cellulis habitasse, vti constat ex epistol. 22. ad Eustoch. Athanasius quoque in vita S. Antonij docet ante Antonium non fuisse quidam Heremitas, sed tamè Monachos fuisse qui in agris, ciuitatibus, vicis, monasteria sua constituebant: Antonium autem cum is Monachus fieri vellet, ad senem quendam accessisse, quò ab ineunte etate monasticen exercuerat. Vixit autem Antonius sub Constantino Imperatore, circa annum Domini circiter trecentessimum.

2. Gregorij etate Monachos & Moniales magno numero caste sancteque vixisse.

DE medietate pecuniarum ancillis Dei, quas vos Græca lingua Monasticas dicitis, lectissima emere disposui, quia in lectis suis graui nuditate in huius hyemis vehemèntissimo frigore laborabam, quæ in hac vrbe multè sunt. Nam iuxta notitiam qua dispensantur, tria milia reperiuntur. Et quidem de S. Petri Apostolorum principis rebus 80. annuas libras accipiunt. Sed ad tantam multitudinè ista quid sunt? maximè in hac vrbe vbi omnia graui pretio emuntur. Harum verò vitalis est, atque in tantum lachrymis & abstinentia districta, vt credamus quia si ipsæ non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Logobardorum gladios potuisset. *Li. 6. ep. c. 187. in fine.*

In Spoletana vrbe puella quædam iam nubilis cuius-

Triamillia Monialium B. Gregorij liberalitate lectissima aliaque vitæ necessitatem pertinentia acciperunt. Nota.

cuiusdam primarij filia cælestis vitæ desiderio exarsit, eique pater ad viam vitæ resistere conatus est, sed contempto patre, conuersationis sanctæ habitum suscepit. Qua ex re factum est, vt eam pater sue substantiæ exheredem faceret, nihilque ei aliud nisi sex vncias vini possessionunculæ largiretur. Eius

Multe nobis puella monastica amplectuntur, virginitatēque suam Deo consecrant, S. Benedictus mittit fratres suos ad instruendas moniales.

verò exemplo prouocare cepertunt apud eam multæ nobilioris generis puellę conuerti, atque omnipotenti Domino dedicata virginitate seruire. *Lib. 3. Dial. cap. 2.*

Non longè à monasterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei abidolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoque quædam sanctimoniales feminæ inerant, & crebrò illuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedictus Dei famulus curabat. *Lib. 2. Dial. cap. 19.*

3. Gregorium fuisse Monachum, & Monachorum præfectum, seu Abbatem.

IN monasterio meo quidam frater ante decennium Gerontius dicebatur: qui cum graui molestia corporis fuisset depressus, in visione nocturna albatos viros & clari omnino habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assistent, vnus eorum dixit: ad hoc venimus vt de monasterio Gregorij quosdam fratres in militiam mittamus, atque alteri præcipiens adiunxit: scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum, atque alios, quorum nunc minimè recordor. Quibus expletis addidit, dicens: Scribe & hunc ipsum qui nos aspexit. Ex qua visione certus redditus prædictus frater, facto mane innotuit fratribus, & qui essent in breui ex eadem cella morituri, quos se etiã denunciavit esse secuturū, cum die alio prædicti fratres mori co-

ri cœperunt, atque sub eodem ordine se in morte secuti sunt, quo fuerant in descriptione nominati. Ad extremum verò & ipse obiit, qui eosdem fratres morituros præuidit. *Lib. 4. Dial. cap. 26.*

Neque hoc silendum puto quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque Monachus Iustus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedulo obsequi, atque in affiduis ægritudinibus meis excubare cōsueuerat: hic cum post obitum in proprietatis vitio repertus esset, in sterquilinum proiectus est. post triginta verò dies Precioso eiusdem monasterij mei præposito accersito, tristis dixi: diu est quod frater ille qui defunctus est, in igne cruciatur, debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum in quantum possumus vt eripiat adiuuare &c. *Lib. 4. Dialog. cap. 55.*

Ego in monasterio positus valebam & ab ociofis linguam restringere, & in intentione orationis penè continuè mentem tenere. At postquam cordis humerum sarcinæ pastoralis suppositi, colligere se ad semetipsū assidue non potest animus, quia ad multa partitur. *Hom. 11. in Ezech.*

Eodem tempore quo Monasterium petij, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitatione constituta, in vrbe hac iuxta B. Mariæ virginis Ecclesiam manebat, &c. *Hom. 40. in Euang.*

Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod iuxta beatorum Martyrum Ioannis & Pauli Ecclesiam situm est, gratia conuersationis venit; qui diu regulariter protrahens, tandemque susceptus est. *Hom. 38.*

in Euang.

Gregorius adhuc in Monasterio constitutus diligenter ab ociofis verbis cauebat.

Gregorij Monasteriū iuxta Ecclesiam B. B. Iohannis & Pauli Martyrum situm erat, nimirum ad elium Scauri sub honore S. Andreae & ceteris factum.

4. *Facultates suas relinquere propter Christum consilij esse Evangelici, & meriti singularis.*

HOc inter terrenum & cæleste ædificium distat, quod terrenum ædificium expensas colligendo construitur, cæleste verò ædificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus, si non habita colligamus. Ad istud sumptus facimus, si & habita relinquamus: Istos sumptus diues ille habere non potuit, qui multas possessiones possidens, magistrum requisivit dicens: Magister bone quid faciendo vitam æternam possidebor? Qui cum præcepta relinquendi omnia audisset, tristis abcessit, & inde est angustius in mente, unde foris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus celsitudinis, tendendo ad æternam patriam, habere noluit sumptus humilitatis. *Hom. 37. in Euang.*

Admonere vos volo ut relinquatis omnia, sed non præsumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenere quæ huius mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo, ut terrena res possideatur non possideat, ut sub mentis vestrae sit dominio quod habetis, ne mens vestra dum terrenarum rerum amore vincitur, à rebus suis ipsa magis possideatur. *Homil. 36. in Euang.*

De electis dicitur: Omnis qui relinquit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen mei, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Neque etenim sanctus quisque ideo terrena deserit, ut hæc possidere in hoc mundo multiplicius possit: quia quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit, sed appetit. Nec qui vnam uxorem deserit, centum recepturus est, sed per centenarium numerum perfectio designatur.

Quia

Quia quisquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, ut iam non ea appetat quæ contemnit, & in sequenti sæculo ad æternæ vitæ gloriam peruenit. Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens terrenis non indiget, etiam si hæc non habet. *Hom. 18. super Ezech.*

Sunt aliqui qui tanta aviditate diuinam scripturam audiunt vel legunt, ut protinus cunctis terrenis opibus abdicatis sola cælestia ambiant: parentes, uxores, domos, filios etiam & omnia transitoria abijciant, solummodo Christum sequi & amplecti concupiscant. Eius desiderio se affligunt ieiunijs, afficiunt lachrymis, exercent meditationibus diuinis, sola quæ sunt æterna cogitant, contentationibus vacant, ad hoc laborantes ut ea quæ terro sunt obliuiscunt, in anteriora magis ac magis se extendant. Quid profectò isti, quid aliud agunt nisi bibentes inebriantur: ut dum omnium terrenorum per desiderium obliuiscuntur, iure à sponso cælesti non tantum amici, sed & charissimi vocari mereantur? *In cap. 5. Cantic.*

Cæleste regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quærit, sed vnam pretiosam inuenit, quam videlicet inuentam, omnia vendens emit: quia qui cælestis vitæ dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfectè cognoverit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit: in comparatione eius vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit, inardescit in cælestibus animus, nihil in terris libet, deforme conspicitur quicquid de terrenæ rei placebat spectare, quia sola pretiosæ margaritæ claritas fulget in mente. *Hom. 11. in Euang.*

5. *Pla-*

5. *Placere Deo obedientiam quæ Superioribus propter Deum exhibetur.*

Diabolus re
ligiosus illis
insidiatur,
qui abnegat
res semetip-
sos, volunta-
ri Superiorū
suorum se-
submittit.

Obedientiæ
eommenta
* * *

1. Reg. 15.

Nemo bene
præest, nisi
qui prius
subesse re-
ctè didice-
rit.

Alius relictis omnibus quæ exterius posse-
derat, vt ordinem sublimioris discipulatus
apprehendat, etiam intimas frangere vo-
luntates parat vt rectoribus se alterius voluntati-
bus subdens non solum prauis desiderijs, sed ad
perfectionis cumulum etiam in bonis votis sibi i-
psi renunciet, & cuncta quæ sibi agenda sunt, ex
alieno arbitrio obseruet. Hunc hostis callidus tan-
to mollius alloquitur, quanto ab excellentiori lo-
co deijcere ardentius conatur & cæt. *Lib. 32. Moral.
cap. 21.*

Quia ad ostendendam virtutē obedientiæ occasio
oportuna se præbuit, libet hanc paulo vigilantius
solicitiusque discutere, & quanti sit meriti demō-
strare. Sola namque virtus est obedientia quæ vir-
tutes cæteras menti inserit, infestasque custodit,
Vnde & primus homo præceptum, quod seruaret
accepit, cui se si vellet obediens subdere, ad æternā
beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel
ait: Melior est obedientia quam victimæ, & auscul-
tare magis quam offerre adipem arietum: quoniā
quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi
scelus idololatriæ nolle acquiescere. Obedientia
quippe victimis iure preponitur: quia per victimas
aliena caro, per obedientiam verò voluntas pro-
pria maclatur. *Li. 35. Moral. cap. 12.*

Vltus quidem rectæ conuersationis est, vt præst-
se non audeat, qui subesse non didicerit, nec obe-
dientiam subiectis imperet, quam Prælati non no-
uit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui ita per
magisterium spiritus intrinsecus docentur, vt et si
eis exterius humani magisterij disciplina desit, ma-
gistri intimi censura non desit: Quorum tamen li-
bertas

bertas vitæ ab infirmis in exemplum non est tra-
henda, ne dum se quisque similiter sancto Spiritu
impletum præsumit, discipulus hominis esse de-
spiciat, & magister erroris fiat. *Li. 1. Dial. ca. 1.*

(Et nō attulerunt ei munera.) Si ad literam ista dis-
cutimus hoc profectō in sinuant, quia & terrarū Do-
mini, & spirituales sanctæ Ecclesiæ prælati exteri-
oribus officijs honorandi sunt. Vnde & B. Paulus
Apostolus elatos Romanos alloquitur, dicens: Red-
dite omnibus debita, cui tributum tributum, cui ve-
ctigal vectigal. Hinc Apostolorum principes exhor-
tans ait: Subiecti estote omni humane creaturæ, si-
ue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquā
ab eo missis. Spiritualia verò munera rectoribus no-
stris tribuimus, quando debitam eis honoris reue-
rentiam offerimus, & ea quæ præcipiunt cum ma-
gna deuotione seruamus. Magna enim munera
sunt reuerentia honoris, & humilitas subiectionis:
quia dum rectoribus nostris & intus per humilita-
tem subdimur, & per exteriora obsequia foris ho-
noris reuerentiam exhibemus, munus eis vnum
præbemus à corpore, aliud à corde. *Libr. 4. Reg. in
fin.*

Quid est quod dicitur: (Vult vt obediatur voci Do-
mini.) nisi quia omnia bona opera postponenda sunt
his bonis quæ iubentur. Nam cum bene Prælati
iubent, bona quæ ex arbitrio subiecti eligunt, præ-
latorum imperijs postponuntur. *In cap. 15 lib. 1. Reg.
1. Reg. 15.*

(Melior est enim obedientia quam victimæ, &
auscultare magis quam offerre adipem arietum.)
Quia longè altioris meriti est propriam volunta-
tem alienæ semper voluntati subijcere, quam ma-
gnis ieiunijs corpus atterere, aut per compunctio-
nem se in secretiori sacrificio maclare. *In cap. 15. lib.
1. Reg.*

Qui autem repugnant Prælatorum imperijs, id-

1. Reg. 10.
Superioribus
debito est
exhibenda
reuerentia
& obedien-
tia.

1. Reg. 13.
1. Reg. 2.

eo utique repugnant, quia diuinam voluntatem se scire melius æstimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare: quia velut contempto diuino altari ad aras dæmonum responsa percipiunt, dū cordis sui præstigijs ac superbis adinuentiōibus credunt, & salubribus Prælatorum consilijs contra ria sentiendo refragantur. Nolle autem acquiescere idololatriæ sceleri simile dicitur, quia nimirū in inobediētiæ suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde quasi idolum non gestaret. *Ibidem.*

6. *Propter carnalem erga parentes affectum, vota religionis deserenda non esse.*

REi quam narro vir sanctissimus Eleutherius senex pater, cuius memoriam superius feci, testis extitit, mihi que hoc intimare curauit, quod in Spoletana vrbē puella quædam iam nubilis cuiusdam primarij filia cælestis vitæ desiderio exarsit, eique pater ad viam vitæ resistere conatus est, sed contempto patre conuersationis sanctæ habitum suscepit. Qua ex re factum est, vt eam pater suæ substantiæ exhæredem faceret, nihilque ei aliud nisi sex vncias vnus possessiunculæ largiretur. Eius verò exemplo prouocata, coeperunt apud eam multæ nobilioris generis puellæ conuerti, atque omnipotenti Deo dedicata virginitate seruire. *Lib. 3. Dialog. cap. 21.*

Ametur quilibet in hoc mundo etiam aduersarius, sed in via Dei contrarius non ametur etiam propinquus. Quisquis enim iam æterna concupiscit, in eam quam aggreditur causa Dei, extra patrem, extra matrem, extra vxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet, vt eo verius cognoscat Deum, quo in eius causa neminem recognos-

cognoscat. Multum namque est quod carnales affectus intentionem mentis diuerberant, eiusque aciem obscurant, quos tamen nequaquam noxios patimur, si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda est charitas omnibus & propinquis & extraneis, nec tamen pro eadem charitate à Dei amore flectendum *Rom. 37. Super E-*

uag.
Per Moysen dicitur: Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquiū tuū & pactum tuum, & seruauerunt iudicia tua. Ille enim scire Dominum familiarius appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter sciuit. Graui etenim damno scientia diuina minuitur, si cum carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quisque ac proximos debet fieri, si vult parenti omnium verius iungi: quatenus eosdem, quos propter Deum viriliter negligit, tanto solidius diligit, quanto in eis affectum solubilem copulæ carnalis ignorat. *Lib. 7. Moral. cap. 18.*

Carnales amici pro Christi amore relinquendi sūt. *Deut. 33.*

7. *Monachos Apostatas, & sacras virgines a voto continentia relapsas cum suis corruptoribus, nisi penitentiam egant, in aperto salutis discrimine versari.*

SI qua monialium vel per anteriorem licentiā, vel per impunitatis prauam consuetudinē ad lapsum adulterij deducta est, aut in stupri fuerit ducta voraginem, hanc post competentis seueritatem vindictæ, in aliud districtius virginum Monasterium in penitentiam redigi volumus, vt illic orationibus atque ieiunijs vacet, & sibi penitendo

tendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem qui cum huiusmodi sæminis in aliqua fuerit iniquitate re-
pertus, communione priuetur si laicus est: si verò clericus, à suo quoque remotus officio pro suis cõ-
tinuè lugendis excessibus in Monasterium detru-
datur. *Libr. 3. Epist. cap. 9.*

Gregorius sanctissimus Apostolicus Papa, ante corpus beatissimi Petri in synodo residens, dixit: Hinc maximè nimium dolens, & ingemiscens di-
co, quia aliquot ex Christianis in Occidentis par-
tibus constitutos audio temerè contra Catholici-
fidem & Patrum statuta agere, ita vt consecratas
fæminas ducere præsumant mulieres, & propin-
quas coniugio sortiantur: Vnde si quis Monachã,
quam Dei ancillam appellant, in coniugium duxe-
rit, anathema sit. *Gregorius in Decretis.*

Quia aliquos Monachorum vsque ad tantum nefas profiliisse cognouimus, vt vxores publicè
fortiantur, sub omni eos vigilantia requiras, & in-
uentos digna coercionem in monasterijs quorum
Monachi fuerant transmittas. *Lib. 1. Epist. cap. 40.*

Comperimus, quod dici nefas est, quasdam mu-
lieres quæ nunc vsque in religioso atque mona-
chico habitu permanferunt, sacram vestem & suã
velaturam de ponere, & coniugibus, quod sine gra-
ui referre non possumus dolore, sociari: Sed hoc
quidem vt dicere vel attentare præsumant, fau-
oris vestri patrocinio fulciri dicuntur, quod nos cre-
dere peruerstitatis ipsius acerbitas non permisit. Pe-
timus ergo vt tanto vos peccato miscere nullate-
nus debeatis. *Lib. 4. Epist. cap. 62.*

Perlatum est ad nos Petronellam nomine de
Prouincia Lucania progenitam, per exhortatio-
nem Agnelli Episcopi fuisse conuersam, resque
suas omnes quas habere potuit, licet sibi iure po-
tuis-

tuisent competere, tamen eandem monasterio
quod ingressa est, etiam specialiter donationis ti-
tulo contulisse, morientemque prædictum Episco-
pum dimidiam partem substantiæ suæ Agnello
cuidam filio suo, qui notarius nostræ fertur esse
Ecclesiæ, atque dimidiam eidem monasterio reli-
quisse. Sed cum propter irruentem Italia: cladem
ad Siciliam refugissent, dicitur eam sæpe nomina-
tus Agnellus corruptis eius moribus stupraisse, atque
sentiens grauidam de monasterio seduxisse, resque
eius omnes tam proprias quam eas quas de parte
patris ipsius habere poterat, abstulisse: ac post per-
petratum tantum facinus, in sui eam dominij iu-
re defendere. Hortamur igitur dilectionem tuam,
vt prædictum virum vel antefatam fæminam sub
districta ad te facias executione perduci, causam-
que ipsam secundum suum meritum summa sub-
tilitatis examinatione perquiras. *Lib. 3. Epist.
cap. 6.*

8. *Monachos & Sanctimoniales vestibus sua
professioni accommodatis rectè
indui.*

CVM monachum videmus, ad mōnendus est,
vt reuerentiam habitus sui in actu, in locuti-
one, in cogitatione sua semper circumspici-
at, vt ea quæ mundi sunt perfectè deserat, & quod
ostendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei o-
culos moribus præterdat. *Hom. 17. super Euang. in fine.*

Quid est autem habitus monachi, nisi contem-
ptus mundi? Quomodo igitur mundum despici-
unt, qui in monasterio positum aurum quærunt? *Lib.
10. Epist. cap. 22.*

Sæpe quosdam vidimus ad vocem prædicationis
quasi

quasi ex conuersione compunctos, habitum non animum mutasse, ita vt religiosam vestem sumerent, sed antea facta vitia non calcarent. *Hom. 10. super Ezech.*

Gregorius Venantium increpat, quod Monasticum habitum dimiserit.

In quo habitu fueris recolis, & supernæ distinctionis animaduersione proposita, ad quid sis delapsus agnoscis. Culpam ergo tuam pensa dum vacat, distinctionem futuri iudicis dum vales exhortescere, ne tunc illam amaram sententiam audias, cū nullis fletibus euadas. *Lib. 1. Epist. cap. 33.*

S. Benedictus conuersionis habitum à Romano Monacho accepit. *Lib. 2. Dial. cap. 1.*

9. *Propter nonnullos malos religiosos non esse Monasticam vitam institutum culpandum, eiusque professores infectandos infamandosque.*

l. Reg. 9.

Non, inquit, exaudiet vos. Ergo nec ipsi exaudire debent. Qui enim in sanctis Monasterijs sunt tepidi, medendi sunt quasi ægri, non sunt eiiciendi vt mortui. Nam si à Domino missi sunt, inter spiritualium vnguentorum fomēta respicent. Dicat ergo Dominus: Constitue super eos regem, quia profectò nonnulli ad seruitutem Dei veniunt deuoti, qui & refrigescere permittuntur, sed pastorum studio, quorum se præcepto subdiderant, diuina inspiratione ad amorem cælestis patriæ recalescunt. *In cap. 9. lib. 1. Reg.*

CAPVT

CAPVT NONVM, DE diuersis Cæremonijs, antiquissimisq; nonnullis Ecclesiæ consuetudinibus.

1. *Hymnos & Cantica Ecclesiastica à Gregorio defendi ac commendari.*

Fuit quidam Seruulus nomine, qui studebat semper in dolore gratias agere, hymnis Deo & laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cū iam tempus esset vt tanta eius patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia redijt. Cumque iam se morti proximum agnouisset, pergrinos viros atque in hospitalitatem susceptos admonuit vt surgerent, & cum eo Psalmos pro expectatione sui exitus decantarent: cumque cum eis & ipse moriens psalleret, voces psallentium repente compefuit cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete. Nunquid non auditis quantæ resonent laudes in cælo? Et dum ad easdem laudes, quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima carne soluta est. *Lib. 4. Dial. cap. 14.*

Venerabilis Eleutherius senex in monasterio suo germanum fratrem, nomine Ioannem se habuisse perhibuit, qui ante dies quatuordecim suam fratribus exitum prædixit. Cumque decrecentes quotidie computarent dies, ante triduum quam vocaretur ex corpore, febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens, mysterium Dominici corporis & sanguinis accepit. Vocatusque fratribus coram se psallere præcepit, quibus tamen Antiphona nam ipse per semetipsum de semetipso imposuit,

Ioannes Monachus mortui iam vicinus Antiphona

riphonam de se ipso psallere cepit, unde constat etiam ipsis Gregorij temporibus hymnos & Ecclesiastica cantica in usu fuisse. Unde extat Antiphonatium à B. Gregorio. Papa cõseriptum. Fortunatus signo crucis caeco visum restituit. Equum furiosum eodem crucis signo mansuetum reddidit.

Benedictus vitrum venenarum signo crucis stegit.

Crux est signum vitæ. Honoratus Abbas, ingentem saxi

dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Cumque coram eo assistentes fratres psallerent, emissâ subito & productâ voce clamauit, dicens: Vtse veni. Quod mox vt dixit, editus è corpore mortalem vitam finiuit, *Lib. 4. Moral. cap. 35.*

2. *Quanta sit crucis dignitas, & quanta virtus.*

Quodam tempore dum oculorum quidam lumen amisisset, ad Fortunatum Episcopum deductus intercessionis eius opem petijt & impetrauit. Nam cum vir Dei oratione factâ oculis eius signum crucis imprimeret, ab eis protinus luce reddita, nox cæcitatâ abscessit. Præterea equus cuiusdam militis in rabiem fuerat versus, ita vt à multis teneri vix potuisset, sed quoscunque potuit inuaderet, eorumque membra morsibus dilaniaret. Tunc vt quæ à multis ligatus ad virum Dei deductus est; qui mox capiti extensa manu signum crucis ædidit, cunctamque eius rabiem in mansuetudinẽ mutauit, ita vt postea mitior existeret, quàm ante illam insaniam fuisset. *Li. 1. Dialog. cap. 10.*

Dum quidam fratres S. Benedicto vas vitreum, in quo pestifer potus habebatur, recumbenti ex more monasterij ad benedicendum obtulissent, extensa manu Benedictus signum crucis ædidit, & vas quod longius tenebatur eodem signo rupit, sic que cõtractum est ac si in illo vase mortis, pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitæ. *Li. 2. Dial. ca. 3.*

S. Honoratus in eo loco qui Fundis dicitur Monasterium construxit, in quo ducentorum ferme

Mon-

Monachorum pater extitit, ibique vita illius circumquaque exempla eximie conuersationis dedit. Nam quadam die ex eo monte qui eius Monasterio in excelso prominens saxi moles eructa est, quæ per deuexum montis latus veniens totius ruinam cellæ omniumque fratrum interitum minabatur. Quam cum venientem desuper vir factus vidisset, frequenti voce nomen Christi inuocans extensa mox dextera signum ei crucis opposuit, eamque in ipso deuexi montis latere cadentẽ fixit, sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo in hætere potuisset, aspicitur ita vt nunc vsque montem cernentibus, casura pendere videatur. *Libr. 1. Dialog. cap. 1.*

Quadam die vna Dei famula ex Monasterio virginum horum ingressa est, quæ lactucam conspiciens concupiuit, eamque crucis signo benedicere oblita, auidè momordit, sed arrepta à diabolo protinus cecidit. *Lib. 1. Dialog. cap. 4.*

Quidam Martyrus nomine deuotus valdè, omnipotentis Dei famulus extitit, qui hoc de virtutibus suis testimonij signum dedit. Dum quadam die fratres illius panem subcinericium fecissent, eique obliti essent crucis signum imprimere, sicuti in hac prouincia signo signari solent, vt per quas dras quatuor partiti videantur, idem Dei famulus adfuit, eisque referentibus signatum non fuisse cognouit. Cumque iam panis ille prunis esset & cineribus coopertus, dixit: Quare hunc minimè signastis? qui hoc dicens signum crucis digito contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum panis dedit, ac si ingens in ignibus olla crepuisset: qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtractus, ea cruce signatus inuentus est, quem non contactus, sed fides fecit. *1. Dial. cap. 11.*

X 3

molem crucis signo opposito suspensam tenet.

Monialis dum lactucam cruce non signat à dæmone obsidetur. Etiam lactucæ & panes quondam signo crucis benedicébatur: unde antiquissimus scriptor Tertulianus rectè loquitur, dicens: Ad omnem progressum atque promorum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lauacrum, ad mensam, ad luminaria, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exerceret, frontem crucis signaculo terimus. *li. de Cor. mil.*

3. De

3. De aspersione & virtute aquae lustralis.

Aque lustralis meminit Clemens 1. 8. Apost. Constituit. ca. 35. Dionys. de Eccles. Hierarc. cap. de Baptismo. Cyrill. Catechesi. 3. Cypr. lib. 1. Epist. 13. In Dedicat. & Consecrat. Ecclesiarum aqua benedicta adhiberi debet.

Fortunatus aqua lustrali coxam fractam sanauit. Res mira, inquit Gregorius, & vehementer stupenda; nam mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, & saluti pristinae coxa restituta, ut hora eadem delecto surgeret, & ascenso equo ita ceptum iter ageret, ac si nullam unquam laesionem corporis pertulisset *Lib. 1. Dialog. cap. 10.*

Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiae ponantur: quia si sana eadem bene constructa sunt, necesse est ut à cultu daemonum in obsequium veri Dei debeant commodari. *Lib. 9. Epist. cap. 71.*

4. Defunctorum corpora Gregorij aetate in templis sepulta fuisse.

Monialis quaedam in Ecclesia S. Laurentij sepulta, dimidia incensa apparuit.

Monialis quaedam carnis quidem continentiam habens, sed linguae procacitatem atque stultiloquium non declinans, post obitum in Ecclesia sepulta est. Eadem autem nocte custos eiusdem Ecclesiae per reuelationem vidit, quia deducta ante sacrum altare per medium scabatur, & pars vna illius igne cremabatur, & pars altera intacta remanebat. Cumque hoc surgens mane fratribus narrasset, & locum ostenderet in quo fuerat igne consumpta, ipsa flammæ combustio ita ante altare in marmoribus apparuit, ac si illic eadem famina igne corporeo fuisset concremata. *Lib. 4. Dial. cap. 51.*

5. Loca sancta iam olim fuisse deuotis Christianorum peregrinationibus frequentata.

Quidam Aquinensis Ecclesiae Clericus daemone vexabatur, qui à venerabili viro Constantio eiusdem Ecclesiae Antistite per multa fuerat Martyrum loca transmissus ut sanari potuisset. Sed sancti Dei Martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obsessio homine protinus expulit. *Lib. 2. Dial. ca. 16.*

Monachus quidam è monte Argentario ad Ecclesiam B. Petri Apostolorum principis, annis singulis venire consueuerat. *Lib. 3. Dial. cap. 17.*

Castro Narniensis vrbis Episcopo consuetudo erat annis singulis natalitio Apostolorum Petri & Pauli die Romam deuotionis causa venire. *Hom. 37 in Euang.*

Excellentiae vestrae scripta suscipiens; libenter agnoui qualiter ad montem Syna perrexit. Sed mihi credite, ego quoque voluissem vobiscum ire, sed vobiscum minimè redire. *Li. 4. Epist. cap. 44.*

Valdè miratus sum, cur deliberatae viae cundi ad loca sancta intentionem, & votum boni operis deflexistis, dum si quando bonum aliquod dono conditoris in corde concipitur, celeri necesse est deuotione compleri: ne dum callidus insidiator animi irretire nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minimè desideria sua mens occupationibus debilitata perducatur.

Lib. 2. Epist. cap. 22.

Clerico quidam à demone obsessus ad dinerca SS. Martyrum loca se conferens tandè à Benedicto Abbate sanatus.

Rusticana patricia deuotionis causa ad montem Syna perrexit. Gregorius hortatur Rusticianum ut intentionem quam habebat loca sancta inuisendi, ad effectum operis deducat.

6. Diem Dominicum, & alia complura festa
Christi, statis diebus magna deuotione
à Christianis celebranda.

Monet Dominicum diem deuotius exercitius transigendum; ut potest qui Sabbathi loco nobis à Deo est traditus; unde in hoc eodem capite increpat eos, qui more Iudaico, Sabbathum potius, quam Dominicum diem obseruabant. Paschalis solemnitas dicitur solemnitas solemnitarum. Festa hominum ita sunt hic celebranda, ut postmodum liceat interesse festis Angelorum.

Dominico die à terreno labore cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut si quid negligentiae per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicae precibus expietur. *Libr. II. Epist. cap. 3.*

Hæc sub breuitate fratres charissimi de Euangelica lectione transcurramus; nunc restat ut de ipsa tantæ solemnitatis (Paschalis nimirum) nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim rectè nobilitatem solemnitatis dicam: quia solemnitates cæteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio, sancta sanctorum vel cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc festiuitas rectè dici potest solemnitas solemnitarum. Ex hac quippe solemnitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes celestis patriæ aperta, & facta superni regni iam iam præsumptibilis gloria. *Hom. 22. in Euang.*

Ecce Paschalia solemnia agimus: sed ita uiuentum est nobis, ut peruenire ad æterna festa mereamur. Transseunt cuncta quæ temporaliter festiua celebrantur. Curate qui his solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis Angelorum? Vmbra venturæ solemnitatis est solemnitas præsens: idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam quæ non est annua, sed continua perducamur. Cum hæc statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refrigeratur.

Hom. 26. in Euang.

Ascensionis Dominicae meminit B. Gregorius
Homi-

Homilia vigesima nona, quam in Basilica B. Petri ipso ascensionis die habuit.

Pensate fratres charissimi, post incarnationem Pentecostes vnguenti filij Dei qualis sit hodierna solemnitas solemnitas de aduentu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque hæc est honorabilis. In illa quippe Deus in honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem, in ista verò homines venientem de super susceperunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sunt per adoptionem Dei. *Homil. 30. in Euang.*

Quia largiente Domino Missarum solemnia ter In festo Natiuitatis Christi etià Gregorij tempore ter missarum solemniam peragebantur.

In solemnitate Dominicae Natiuitatis, quæ hac prima indictione transacta est, plus quam decem millia Angli ab eodem nunciati sunt fratre & coepiscopo nostro Augustino baptizati. *Lib. 7. Epist. cap. 30.*

Nos autem penè omnium Martyrum distinctis Gregorius festos Sanctorum dies eorum veneratione Missarum solemniam agimus. *Lib. 7. Epist. Indict. 1. cap. 29.*

Dictum mihi est, quod Dominico die priusquam Die Dominico à labore sem latioris præsentium perrexisti, & post exarationem eius Missarum solènia celebrasti. Post Missarum solemniam etiam terminos possessionis illius eradicare minimè tenuisti.

Lib. 7. Epist. Indict. 2. cap. 1.

CAPVT DECIMVM, DE
Antichristi extremique Iudicij tem-
poribus, ac deinceps futuro homi-
num tam electorum quàm re-
proborum statu.

1. *Antichristum filium illum perditionis vnum a-
liquem particularem hominem futurum
ex tribu Dan.*

Genes. 49.
De tribu
Dan Anti-
christi pro-
ditur mul-
torum Pa-
trum est sen-
tentia, alle-
gantiũ ver-
ba Iacobi
Patriarchæ;
Fiat Dan co-
luber in via,
&c. licet alij
hunc eundẽ
locum de
Samphone
intelligi ve-
liat, qui de
tribu Dan
progenitus,
Philisthis
fuit quasi
coluber in
via, & cera-
stes in semi-
ta.

Hierem. 8.
Iob. 38.

E Qui nomine hoc ipsum presens sæculum de-
signatur, sicut Iacob voce dicitur: Fiat Dan co-
luber in via, cerastes in semita, mordens vngu-
las equi, vt cadat ascensor eius retro. Quo in testi-
monio quid equus significet melius ostendimus,
si & ea quæ circumstant, paulo subtilius expona-
mus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Anti-
christum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan & co-
luber asseritur & mordens. Vnde & non immeri-
tò dum Israëliticus populus terras in castrorum
partitionem susceperet, primus Dan ad Aquilonẽ
castra metatus est, illum scilicet signans qui in cot-
de suo dixerat: Sedebo in monte testamenti, in la-
teribus Aquilonis, ascendam super altitudinem
nubium, similis ero Altissimo. De quo & per Pro-
phetam dicitur: A Dan auditus est fremitus equo-
rum eius. Qui non solum coluber, sed etiam cera-
stes vocatur. Cerata enim Græcè cornua dicuntur,
serpens quæ hic cornutus esse perhibetur, per quem
dignè Antichristi aduentus asseritur: quia cõtra fi-
delium vitam cum morsu pestiferæ prædicationis,
armatur etiam cornibus potestatis. *Lib. 31. Moral.*

cap. 18.

(Et brachium excelsum confringetur.) Quid nã
que

que aliud excelsum brachium accipitur, nisi super-
ba Antichristi celsitudo, quæ super reprobos men-
tes hominum fastu gloriæ sæcularis erigitur, ira
vt homo peccator, & tamen æstimari homo despi-
ciens, Deum se super homines mentiat? Vnde
& Paulus Apostolus dicit: Ita vt in templo Dei se-
deat, ostendens se tanquam sit Deus: cuius vt tumo-
rem plenius ostenderet, præmisit: Qui aduersatur
& extollitur super omne quod dicitur Deus, aut
quod colitur. Deus enim dici aliquando & homo
potest, iuxta quod ad Moysen dicitur: Ecce consti-
tui te Deum Pharaonis. Deus verò coli purus ho-
mo non potest. Quia verò se Antichristus & super
sanctos quosque homines, & super ipsius poten-
tiam diuinitatis extollit, per exactum sibi nomen
gloriæ & hoc quod Deus dicitur, & hoc quod De-
us colitur transire conatur. *Lib. 29. Moral. cap. 4.*

(Stringit caudam suam quasi cedrum.) Quid au-
tem cauda Behemoth istius, nisi illa antiqui hostis
extremitas dicitur, cum nimirum vas proprium il-
lum perditum hominem ingreditur, qui speciali-
ter Antichristus nuncupatur? Qui quoniam mo-
dò honoribus sæculi, modò signis & prodigijs fi-
ctæ sanctitatis in tumore potentie eleuari per-
mittitur, rectè voce dominica cauda illius cedro
comparatur. Sicut enim cedrus arbuta cætera in-
altum crescendo deserit, ita tunc Antichristus
mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras
hominum & honoris culmine, & signorum pote-
state transcendit. *Lib. 32. Moral. cap. 12.*

(Tendit enim aduersus Deum manum suam) *Iob. 15.*
& contra omnipotentem roboratus est. Cucur-
rit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice ar-
matus est. Hæc de ipso iniquorum capite, scilicet
Antichristo apertius sentiuntur, qui contra Deum
manum erigens roborari dicitur,
quia

Antichri-
stus erit ho-
mo super-
bia inflatus,
extollens se
super omne
quod dicitur
Deus, aut quod co-
latur.

2. *Theff. 2.*
Exod. 7.

Iob. 40.

quia paruo tempore permittitur exaltari, vt cum ad modicum gloriari finitur, eò in perpetuum atrocibus puniatur. *Lib. 12. Moral. cap. 21.*

2. *De Antichristi summa impietate, & inelectos Dei incredibili san-
nitia.*

Iob. 41.

IN collo eius morabitur fortitudo.) Quid enim collo Leuiathan istius, nisi elationis ostensio designatur? qua contra Deum se erigens, cum simulatione sanctitatis etiam tumore potestatis extollitur. Quia enim per collum superbia exprimitur, Elaias Propheta testatur, qui Hierusalem filias redarguit dicens: Ambulauerunt extento collo. In collo ergo Leuiathan istius fortitudo demorari dicitur, quia elationi illius etiam subiuncta potentia suffragatur. Nam quicquid tunc superbe extollitur, quicquid callide machinatur, etiam cum virtute potentia secularis exequitur. Quod Daniel Propheta intuens, ait: Dolus in manu eius dirigeretur, Dolus quippe in manu eius, est fraus in virtute: quia omne quod nequiter voluit, hoc ad tempus etiam fortiter exequi potest. Dolus verò eius dirigi dicitur, quia fraudis eius malitia nulla difficultate præpeditur. *Lib. 34. Moral. cap. 1.*

Esa. 3.

Daniel. 3.

Iob. 41.

(De naribus eius procedit fumus.) Oculorū quippe acies fumo sauciatur. Fumus ergo de eius naribus procedere dicitur, quia de miraculorum eius insidijs ad momentum caliginosa dubieras etiam in electorum corde generatur. De Leuiathan naribus fumus exit, quia ex eius prodigijs mendacibus etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis terribilibus signis, obscura cogitatio conglobatur. *Lib. 33. Moral. cap. 37.*

Sicut

Sicut incarnata veritas in prædicatione sua pauperes idiotas & simplices elegit: sic è contrario damnatus ille homo (Antichristus scilicet) quem in fine mundi apostata Angelus assumit ad prædicandam falsitatem suam astutos ac duplices, atque huius mundi scientiam habentes electurus est. *13. Moral. cap. 6.*

(In diebus eius stupebunt nouissimi, & primos *Iob. 19.* inuadet horror.) Tanta enim tunc contra nos iniquitate effrenabitur, vt etiam electorum corda non paruo pauore feriantur. Vnde scriptum est: Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi casuri sunt, sed magnis erroribus trepidaturi. *Lib. 14. Moral. cap. 12.*

3. *Antichristum falsis ac fictitijs miraculis plurimos in errorem misurum.*

PER Dauid dicitur: Insidiatur in abscondito, *Psal. 9.* quasi leo in cubili suo. Ad apertam namque potentiam suffecisset vt leo esset, etiam si insidians non fuisset, rursusque ad occultas versutias suffecisset, vt insidians surriperet, si leo non esset. Sed quia hic antiquus hostis in cunctis suis viribus effrenatur, sæuire per vtraque permittitur, vt contra electos in certamine & fraude & virtute laxetur: virtute per potentiam, fraude per signa. Rectè ergo & leo & insidians dicitur: insidians per miraculorum speciem, leo per fortitudinem sæcularum. Vt enim eos qui apertè iniqui sunt pertrahat, sæcularem potentiam ostentat: vt verò iustos etiam fallat, signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elationem magnitudinis, istos decipit ostensione sanctitatis. *Lib. 32. Moral. cap. 14.*

Sicut

Iob. 41.

(Sicut tædæ ignis accensæ.) Ecce iam Hypocri-
sis eorum aperte describitur, quorum prædicatio
tædærum lampadibus comparatur. Tæda enim
cum accenditur odorem quidem suauem habet,
sed lumen obscurum. Ita isti prædicatores Anti-
christi quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed
tamen opera iniquitatis exercent, quasi blandum
quidem est quod redolent, sed nigrum quod lu-
cent. Olent enim per simulationem iustitiæ, sed
obscurum ardent per nequitiam perpetrationem.
Quorum simulationis malitiam Ioannes in Apo-
calypsi breui descriptione compræhendit, dicens:
Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, haben-
tem duo corua similia agni, & loquebatur ut
draco. Priorem quippe bestiam, id est Antichri-
stum superiore iam descriptione narrauerat, post
quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur: quia
post eum multitudo prædicatorum illius ex terre-
na potestate gloriatur. *Lib. 33. Moral. cap. 36.*

Iob. 41.

(Post cum lucebit semita.) Post Leuiathan quip-
pe semita lucere perhibetur: quia quaque transit,
admiracionem nimiam ex miraculorum suorum
claritate derelinquit, & siue per se, seu per mini-
stros suos quolibet prodeat, mendacibus signis co-
ruscet. Vnde & hoc quod iam sæpè protulimus, in
Euangelio veritas dicit: Surgent Pseudochristi &
Pseudoprophetae, & dabunt signa magna & pro-
digia, ita vt in errorem ducantur, si fieri potest, et-
iam electi. Semita igitur post Leuiathan lucet,
quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigijs
illustrat, vt nimirum tanto altius eorum men-
tes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris
quasi potentius lucem de miraculis ostentat. Sed
sunt nonnulli qui in memoria & verba Prophe-
tica & Euangelica præcepta retinentes, sciunt &
falsa esse signa quæ exhibet, & vera supplicia ad

quæ

quæ decipiens trahit. Horum corda Leuiathan iste
quia sanctitatis ostentatione non intercipit, in a-
lia se eis illusionem componit. Quosdam namque
hæc scientes, sed tamen præsentem vitam diligen-
tes conspiciunt, quorum protinus mentibus ventura
supplicia leuigat, finienda quandoque districtio-
nis iudicia asserit, & deceptos callidè ad præsentem
voluptates rapit. *Lib. 34. Moral. cap. 11.*

*Libet hic in fine Confessionis Gregorianæ, in capite nimi-
rum de Antichristo, lectorem paucis monere quosdam no-
stro tempore hæreticos, extitisse qui non dubitauerunt Gre-
gorium huius nominis primum Romanum Pontificem An-
tichristum vocare: sed quorum numero fuit in primis Dauid
Chytræus, qui in Commentario cap. 9 Apocalypsis cum il-
lyrico docet Antichristum apparuisse circa annum Domini
D. C. dum Gregorius Ecclesiæ summa cum potestate præes-
set: Probat verò id hac ratione, quia eo tempore Gregorius
stabilivit inuocationem Sanctorum & Missas pro defunctis.
Deinde, quia anno D. C. VII. Bonifacius III. Romane Sedis
Antistes impetrauit à Phocæ tituli Episcopi vniuersalis:
quorum neutrum verum est. Nam in primis non fuit Gre-
gorius primus qui Sanctos inuocare, & Missas pro defunctis
celebrare docuit. Docuerunt quippe id veteres qui ductis
et trecentis annis Gregorium præcesserunt: Vltimi patet ex
omnibus liturgijs, Iacobi, Clementis, Basilij, Chrysofomi,
Ambrosij & cæteris: Constat namque hunc ritum sacrifican-
di pro peccatis mortuorum ab Apostolis ad nos promanasse.
Id. n. aperte docet Rabanus lib. 2. de Institut. clericor. cap. 44.
Et ante eum Isidorus lib. 1. de officijs diuinis cap. 18. Et ante
Isidorum Chrysofomus Homil. 69. ad populum Antioche-
num: Non temerè, inquit, hæc ab Apostolis sancita fuerunt,
vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur cõmemora-
tio: sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, mul-
tam vilitatem. Meminit & huius Eusebius Cæsariensis lib.
4. de vita Constantini, qui fuit centis annis antiquior Con-
cilio Carthaginesi; meminit & ipse Tertullianus in libro*

de so-

Apocal. 13.

Marc. 13.

de corona militum, qui fuit ducentis annis eo concilio anti-
 quior: meminit denique Clemens lib. 8. Constit. cap. 19. qui
 trecentis annis idem concilium præcessit. Porro inuocatio-
 nis Sanctorum apertè meminit Ambrosius in libro de vi-
 duit, qui ducentis annis Gregorio prior fuit: sic namque ibi-
 dem ait: Obsecrandi sunt angeli, qui nobis ad præsidium da-
 ti sunt: Martyres obsecrãdi, quorũ videmur nobis quoddã
 corporis pignore patrocinũ vindicare. Et infra: Nõ erubef-
 camus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, &c.
 Denique Phocas non titulum, Vniuersalis, Papæ tribuit,
 sed eum caput Ecclesiarum appellauit. Sed hoc idem multo
 antea fecerat Iustinianus in Epistola ad Ioannem Secun-
 dum, & antea etiam Concilium Chalcedonense in epist. ad
 Leonem. Sine causa igitur tempore Phocæ ponitur aduen-
 tus Antichristi. Postremò Gregorium non fuisse Antichri-
 stum probari potest. Primò quod Antichristus regnaturus
 sit annis tribus cum dimidio Vt patet ex 7. & 12 cap. Da-
 nielis. Item ex cap. 12. Apocal. vbi legimus duraturum An-
 tichristi regnum per tempus, & tempora, & dimidium te-
 poris. Per tempus autem, vnus annus intelligitur: per duo
 tempora & dimidium temporis, duo anni cum dimidio.
 Nam et Apocal. 11 & 13. ait Ioannes Antichristum regna-
 turum mensibus 42. qui rectè faciunt annos tres & medi-
 um Et cap. 11. dicit Henoch & Heliam prædicaturos die-
 bus 1260 qui idem tempus efficiunt. Gregorius autem cum
 Romane sedis annis tredecim & mensibus sex præfuerit,
 Antichristus esse non potuit. Accedit & illud quod Anti-
 christus secundum Danielis vaticinium tollet iuge sacri-
 ficiũ, quod Gregorius summo in honore semper habuit: ita
 vt heretici magis præcursores Antichristi dici debeant,
 quàm quisquam Romanorum Pontificum. Neque illud om-
 ninò contemendum est, quod Paulus ad Thessalonicenses,
 scribens dicit Antichristum futurum superbissimum, ita
 vt extollet se super omne quod dicitur Deus, aut quod co-
 litur: cum interim manifestum sit Gregorium virum fuisse
 eximiæ humilitatis, ita vt seruorum se dici ac
 nomi-

nominari primò voluerit. Vnde ad Mauritium Imperato-
 rem scribens lib. 4. Epistolarum cap. 76 Ego, inquit, cuncto-
 rum sacerdotum seruus sum: Ita vt Bibliander in Chroni-
 co Tab. 10. & Lutherus in supputatione temporum, nec
 non & Calvinus lib. 4. Instit. cap. 7. § 22. Gregorium vi-
 rum sanctum fuisse & omni laude dignum non immeritò
 affirmant. Postremò ipsi quoque aduersarij fatentur Anti-
 christum regnaturum vsque ad finem mundi: ac proinde
 paulo post eius interitum, finem mundi futurum. Vnde ne-
 cessariò sequitur Antichristum nondum venisse, nec esse
 Romanum Pontificem.

4. Enoch & Heliam tempore Antichristi (qui tri-
 bus annis & sex mensibus regnabit) mundo
 prædicaturos, tandemque
 casuros.

IN diebus eius stupebunt nouissimi, & primos *Iob. 18.*
 inuadet horror.) Tanta enim tunc contra nos
 iniquitate effrenabitur, vt etiam electorum cor-
 da non paruo pauore feriantur. Vnde scriptum est:
 Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam
 electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi casu-
 ri sunt, sed magnis terroribus trepidaturi. Tunc ve-
 rò contra eum certamen iustitiæ & nouissimi ele-
 cti habere narrantur & primi: Quia & hi scilicet
 qui in fine mundi electi reperiuntur, in morte car-
 nis prosternendi sunt, & illi etiam qui à prioribus
 mundi partibus processerunt, Enoch scilicet & E-
 lias ad medium reuocabuntur, & crudelitatis eius
 sænitiam in sua adhuc mortali carne passuri sunt.
Lib. 14. Moral. cap. 12.

(Et linguam tuam adhærescere faciam palato *Ezech. 3.*
 tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia do-
 mus exasperans est.) Sed quia Enoch & Elia prædi-
 cante, multi ex his qui tunc ex Iudæis in infidelita-
 te, multi lu-

dei ad Deū
conuerten-
tur.

te remanserint, ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodē Helia dicitur: Helias veniet, & ipse restituet omnia: qui vtrique per Zachariam duæ oliuæ, & per Ioannem duo candelabra nominantur, rectè hic quoque subiungitur: Cū autē locutus fue- ro, tibi aperiā os tuū, & dices ad eos, hæc dicit Domi- nus Deus: Tūc enim velut in extremo os Prophetę aperitur, cū in prædicatione Enoch & Elię Iude- is ad fidem redeuntibus, Prophetia sacri eloquij de Christo fuisse cognoscitur. *Homil. 12. in Ezech.*

In cælum aëreum Elias subleuatus est, vt in secrete tam quandam terræ regionem repente duceretur, vbi in magna iam carnis & spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitu- tum soluat. Ille etenim mortem distulit, non eua- sit. *Homil. 29. in Euang.*

In prædica-
tione E-
noch & E-
liæ Iudæam
aliquando
ad Christū
conuertend-
dam.

Esa. 10.
Rom. 11.

Pensandum verò est, quia idcirco aliquid sub si- gnaculo claudimus, vt hoc cū tempus congruit ad medium proferamus. Et sacro eloquio attestan- te didicimus, quod Iudæa quæ nunc deseritur, ad finem fidei in fine colligatur: hinc namque per E- saiam dicitur: Si fuerit numerus filiorū Israel qua- si arena maris, reliquię saluę fient. Hinc Paulus ait: Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Qui igitur prædicatores suos nunc Iudæę oculis subtrahit, sed postmodum ostē- dit, quasi sub signaculo stellas clausit, vt absconsis prius, & post coruscantibus astrorum spiritualium radijs noctem perfidiæ suæ, & nunc repulsa non videat, & tunc illuminata depræhendat. Hinc est quod duo illi prædicatores eximij dilata morte subtrahiti sunt, vt ad prædicationis vsu in fine re- uocentur. De quibus per Ioannem dicitur: Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domi- ni terræ astantes. Quorum vnum in Euangelio per semetipsam veritas pollicetur, dicens: Helias ven-
turus

Apocal. 11.

Math. 17.

turus est, & restituet omnia. *Lib. 9. Moral. cap. 4.*
5. *Corpora defunctorum omnium tam piorum quam impiorum in extremo die iudicij resurre- ctura: & piorum quidem, vt vnà cum animabus suis aeterna fruantur felicitate: impiorum ve- rò, vt igne corporeo inextinguibili per- petuò excrucientur.*

Moram autem faciente sponso, dormitau-
runt omnes & dormierunt. *Matth. 25.* Quia dum ve-
nire iudex ad extremum iudicium differt,
electi & reprobī in mortis somno sōpiunt. Dor-
mire etiam mori est. Ante somnum verò dormi-
tare, est ante mortem à salute languescere: quia per
pondus ægritudinis, peruenitur ad somnum mor-
tis. Media autē nocte clamor factus est, ecce spōsus
venit, exite obuiā ei. De aduētū spōsi clamor in me-
dia nocte fit, quia sic dies iudicij subrepat, vt præui-
deri non valeat quando venit. Vnde scriptum est:
Dies Domini sicut fur in nocte veniet. Tunc om-
nes virgines surgunt, quia & electi & reprobī à
somnia suæ mortis excitantur. Lampades ornant,
quia sua secum opera numerant, pro quibus aeter-
nam recipere beatitudinem expectant. Sed lampa-
des fatuarum virginum extinguuntur, quia casū
opera quæ clara hominibus foris apparuerant, in
adauentu iudicis intus obscurātur: & à Deo retribu-
tionem non inueniunt, quia pro eis receperunt ab
hominibus laudes quas amauerūt. *Hom. 12. in Euāg.*

1. *Thess. 5.*

Vitam vestram, fratres, moręsq; cōponite: Is qui
Christus mi-
tis resurrexit ex morte, quā districtus in iudicio
veniat, præuidete. Certè in die tremēdj examinis cū
Angelis, cū Archangelis, cū thronis, cū dominati-
onib; cū principatibus & potestatib; apparebit, celis
ac terris ardentibus, cūctis videlicet elemētis in sui
obse-

obsequij terrore commotis. Hunc ergo tanti pau-
ris iudicem ante oculos ponite. Hunc venturum
timete, vt hunc cum venerit non timidi, sed securi
videatis. Timendus ergo est ne timeatur. Terror e-
ius nos ad vsum bonæ operationis exerceat, metus
illius vitam nostram à prauitate compefcet. Mihi
fratres credite, quia tanto tunc erimus securi de e-
ius præsentia, quanto nunc esse fatagimus suspecti
de culpa. Certè si aliquis vestrum cum suo aduerfa-
rio causam dicturus in meo iudicio die crastino
esset exhibendus, totam fortasse noctem insom-
nem duceret, quid sibi dici posset, quid obiectioni-
bus responderet secum sollicita & æstuante men-
te versaret: ne me inueniret asperum vehementer
metueret, ne apud me appareret noxi? formidaret.
Et quis, aut quid ego? nimirum non longè post futurus
post hominè vermis, atq; post vermè puluis. Si er-
go tanta cura pertimescit iudicium pulueris,
qua intentione cogitandum est, qua formidine
prouidendum tantæ iudicium maiestatis? Sed quia
sunt nonnulli, qui de resurrectione carnis incerti
sunt, & hanc tunc rectius docemus si etiam cordi-
um vestrorum quæstionibus occultis occurrimus,
pauca nobis de ipsa resurrectionis fide loquenda
sunt. Multi etenim de resurrectione dubitantes, si-
cut & nos aliquando sumus, dum carnem in pu-
tredinem, ossaque in puluerem redigi per sepul-
chra conspiciunt, reparari ex puluere carnem &
ossa diffidunt. Sicque apud se quasi ratiocinantes
dicunt: Quando ex puluere homo reducitur? Quan-
do agitur vt cinis animetur? Quibus breuiter re-
spondemus, quia longè minus est Deo reparare
quod fuit, quàm creasse quod non fuit. Aut quid
mirum si hominem ex puluere reficit, qui simul
omnia ex nihilo creauit? Mirabilius namque est cæ-
lum & terram ex nullis existentibus condidisse,
quàm


Resurrectio-
nis possibili-
tas multis
ostenditur
modis.

quàm ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis
attenditur, & in carnem redire posse desperatur, &
diuinæ operationis virtus comprehendi quasi ex
ratione quaritur. Qui scilicet hæc idcirco in suis
cogitationibus dicunt, quia eis quotidiana

Dei miracula ex assiduitate vilue-
runt, &c. *Homil. 26. in*

Euang.

FINIS. An. post Christ. natum
CIC. IC. XCVI. XXV.
Decembris.



I N D E X
I N Q V A T V O R
LIBROS GREGORIANAE
 Confessionis, Capita & Pro-
 positiones ordine con-
 tinens.

L I B E R P R I M V S, D V O-
 decim capita complectens.

Caput I. De Deo.

1. **D** eum esse ne paganis quidem fuisse incorp-
 gntum pag.1
2. Deum esse incorporeum 2
3. Quid sit Deus, ineffabile nobis esse & incom-
 prehensibile 4
4. Quis sit sensus habendus de Deo 6
5. Scripturam multis in locis, dum de Deo loquitur,
 ad captum & sensum nostrum sese accom-
 modare 7
6. Deum omnipotentem esse 10
7. Providentia Dei omnia gubernari 11
8. Deum esse summum bonum, in quo vita beata
 consistit 12
9. Deum esse ubique 14
10. Deum esse inuisibilem 16

Cap. 2. De Trinitate & Vnitate Dei.

1. In diuinis esse Trinitatem personarum, & V-
 nita-

I N D E X.

- nitatem essentia 18
2. In diuinis quamuis plures persona distincta
 sint, non tamen plures Deos, sed vnum esse
 Deum 19
3. Hereticos esse qui Filium aut Spiritum san-
 ctum creaturam aut minorem Patre, aut di-
 uersa ab eo essentia ponunt 20

Cap. 3. De Deo Patre.

1. Ipsum esse Patrem qui Filium, haeresim fuisse
 Sabellianorum 21
2. Patrem non esse maiorem Filio secundum diu-
 nitatem 22
3. Quod ab aeterno Pater genuit Filium 23
2. Patri Filium esse consubstantialem 25

Cap. 4. De Christo vero Deo & homine.

1. Christum eundem verum esse Deum Patri co-
 aeternum, & verum hominem in tempore 27
2. In vna Christi persona duas naturas integras
 fuisse 30
3. Naturam humanam in persona Christi nullo
 modo cum eius diuinitate fuisse confusam 31
4. Euitandas esse haereses, qua Christi diuinitati
 aduersantur 32
5. Fugiendas esse haereses, qua cum vera Christi
 humanitate pugnant 34
1. Christo Deo & homine mediatore opus fuisse
37
1. Sine Christo mediatore neminem saluari 39

I N D E X.

8. Christum passum fuisse secundum humanam naturam, non secundum diuinam 43
 9. Christum secundum animam verè descendisse ad inferos, neque ibidem vllos perpeffum dolores 44
 10. Christum secundum diuinam naturam esse vbi que, non tamen secundum humanam 44

Cap. 5. De Spiritu Sancto.

1. Spiritum Sanctum esse Deum 43
 2. Spiritum Sanctum à Patre Filioq; ab æterna procedere, idq; tanquam ab vno principio 44
 3. Spiritum sanctum esse fontem gratiarum 46

Cap. 6. De Ecclesia.

1. Ecclesiam vnam, sanctam, Catholicam & Romanam esse 48
 2. Catholicam appellari Ecclesiam, quod per totum terrarum orbem diffusa sit 51
 3. Ecclesiam Catholicam esse visibilem 52
 4. Ecclesiam non posse deficere 54
 5. Ecclesiam ex bonis malisq; constare 56
 6. Ecclesiam propter malos non deferendam nec diuidendam 58
 7. Nullam esse spem salutis extra Ecclesiam Catholicam: immò nec Martyrium, nec vlla alia bona operum sine hac prodesse cuiquam posse 60
 8. Hereticos & Schismaticos in Ecclesia non esse, et si fidem & sacramenta, reliquaque omnia sibi falsè arrogent 62
 9. Ecclesiam non errare, neque suos in errorem indu

I N D E X.

- inducere 65
 10. Ecclesia spirituales datæ clauēs soluendi & ligandi 66
 11. Christum esse fundamentum, caput & sponsum Ecclesia 68

Cap. 7. De Scripturis sacris.

1. Scriptura nomine non modò libros noui, sed & veteris testamenti contineri 69
 2. Catalogus librorum Canonicorum 70
 3. Quanta sit sacra scriptura maiestas, auctoritas, vtilitas, iucunditas & veritas 80
 4. Scripturas sacras obscuras esse, & ideo non cuius esse eas interpretari 83
 5. Scripturarum interpretationem non esse à Iudeis vel hereticis petendam 84
 6. Ex peruersa Scripturarum intelligentia hæreses nasci 86
 7. Varios esse posse sacra Scriptura sensus 87

Cap. 8. De sacris Traditionibus.

1. Gregorium præter verbum Dei scriptum etiam maiorum traditiones agnoscere, vtiq; multum deferre 88

Cap. 9. De Petro Apostolo, de Romano Pontifice, & Apostolica Sede & Fide.

1. Petrum primum fuisse & caput Apostolorum 91
 2. Petrum esse fundamentum Ecclesia 93

I N D E X.

3. Petrum Romæ occisum, ibiq³ humatum 94
 4. Penes Romanam Sedem esse primatum, summam auctoritatem, & vniuersalem curam totius Ecclesiæ 95
 5. A Romana Sede de doctrina iudicium ferri, & hereses damnari 98
- Cap. 10. De Sacris Concilijs.
1. Auctoritatem Conciliorum Oecumenicorum non humanam sed diuinam esse, ab eaq³ non discedendum 102
 2. Concilia leges de fide & moribus condere, sinemq³ controuersijs imponere solere 103
 3. Definitioni legitimi Concilij acquiescendum esse 104
 4. Romanam Ecclesiam ex iudicio B. Gregorij Synodus etiam præfuisse, easq³ vel indicendi, vel irritas faciendi ius habuisse 104

Cap. 11. De Auctoritate Patrum, Doctorum que Ecclesiæ. pag. 106.

Cap. 12. De Hæreticis.

1. Hæreticos esse homines fallaces & superbos 108
2. Hæretici latenter prædicant, rudemq³ populũ verborum lenocinijs & miris technis circumueniunt 110
3. Hæretici Catholicis insultant, linguamq³ habent promptam ad conuitiandum 113
4. Hæreticorum mores pulchris aliquot similitudinibus expressi 114

5. Hæ-

I N D E X.

5. Hæreticos scripturam sacram, Patrumq³ testimonia, pro se citare, sed malè & deprauatè 116
6. Causse hereseſon 119
7. Hæreticos inter se esse discordes, & in varias sectas dissectos 120
8. Hæreticorum cœtus non esse Christi 122
9. Hæreticorum libros Catholicis non esse legendos, sed potius flammis exurendos 123
10. Non esse hæreticis templa concedenda, neque cum ijs communicandum 125
11. Hæreticos Ecclesiastica vel etiam secularis Magistratus potestate puniendos coercendosq³ 127

LIBER SECVNDVS, OCTO
Capita complectens.

Caput I. De peccato Originali.

1. **P**rimum hominem Adamum, cum mandatu Dei in Paradiso fuisset transgressus, & sanctitatem ac iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisset, & indignationem Dei atq³ ad eam mortem ipsam, quam illi Deus fuerat comminatus, incurrisse 130
2. Adami peccatum non ipsi soli, verum toti illius posteritati nocuisse 133
3. Adamum per inobedientiam inquinatum, eodem inobedientia peccato non tantum penam & mortem corporis, sed & peccatum in omne genus humanum transfudisse 134
4. Propagatos ex semine Adami iniustitiam non

imi-

- imitatione, sed propagatione contrahere 136
5. Ad peccatum per humana natura vires, vel remedium aliud tolli non posse, quam per meritum vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi 138
6. Concupiscentiam poenam esse & effectum peccati Originalis 140
7. Peccatum Originale non esse substantiam, sed accidens, id est, differentiam inter naturam humanam & peccatum Originis, siue corruptionem natura 142

Cap. 2. De gratia & libero arbitrio.

1. Liberum arbitrium non esse rem de solo titulo, aut titulum sine re 144
2. In potestate hominis esse facere vias suas malas 145
3. Liberum hominis arbitrium non subesse fato 147
4. Liberum arbitrium non velut inanime quoddam nihil omnino agere aut merè passivè se habere, sed adiuvanti Deo cooperari posse 148
5. Cum libertate arbitrij nec pugnare Dei scientiam, nec prædestinationem 150
6. Deum non operari mala operata ut bona, verū illa permissivè tantū, hæc propriè & per se: vel Deum esse auctorem mali poenæ non culpa, ut Scholastici loquuntur 152
7. Per liberum arbitrium sine gratia Dei, hominem nullo modo posse coram Deo iustam vitam

- tam inchoare aut perficere 153
8. Duplicem esse gratiam Dei, generalem ac specialem: prævenientem item & adiuvantem 155
9. Liberum arbitrium à gratia non destrui, sed sanari, iuvari, & perfici 156

Cap. 3. De Fide & Operibus.

1. Quid sit Fides 157
2. Fidem humano iudicio æstimandam non esse 157
3. Fidem rectam ad salutem esse necessariam 159
4. Fidem non ita esse donum Dei, ut propter voluntatis motum, non sit pariter & liberi arbitrij 160
5. Quomodo fides, spes, charitas inter se affectæ sint, & fides à charitate perficiatur 161
6. Eandem fidem esse antiquorum Patrum ante aduentum Christi, & nostram 163

Cap. 4. De Iustificatione.

1. Hominem sine operibus qua vel per humana natura vires, vel per legis doctrinam sunt absque diuina per Iesum Christum gratia coram Deo iustificari non posse 164
2. Liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum posse Deo vocanti & excitanti ut iustificationem consequatur assentiri, & eidem etiam repugnare 166
3. Timorem diuina iustitiæ non esse malum, neque fac-

I N D E X.

<i>facere peccatores deteriores</i>	168
4. <i>Eidem esse radicem & velut fundamentum omnis iustitia</i>	169
5. <i>Fide sola impium non iustificari</i>	170
6. <i>Hominem semel iustificatum posse iterum peccare & gratiam amittere</i>	172
7. <i>Iustificatum à gratia Dei excidere posse, nec de sua perseverantia quemquam sine diuina reuelatione certum esse posse</i>	173

Cap. 5. De lapsis & eorum reparatione.

1. <i>Quid sit peccatum</i>	176
2. <i>Peccatum esse voluntarium, nec vlla vi aut necessitate hominem ad illud cogi</i>	177
3. <i>Peccatorum alia esse mortalia, alia venialia</i>	178
4. <i>Iustificatum absque speciali priuilegio Dei, peccata omnia, praesertim venialia in tota vita vitare non posse</i>	179
5. <i>Lapsos per baptismum posse per Dei gratiam resurgere, & amissam iustitiam per poenitentiam Sacramentum recuperare</i>	180
6. <i>Cur Deus piissimos etiam viros patiatur in grauiissima peccata quandoq; prolabi</i>	182
7. <i>Non esse nisi in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum</i>	183
8. <i>Quomodo peccata in Spiritum sanctum in Ecclesia non dimittantur</i>	184
Cap.	

I N D E X.

Cap. 6. De discrimine legis veteris & Euangelij.

1. <i>Legem veterem eandem esse cum veteri Testamento, & vnā ex vtroq; harmoniam conficiendam</i>	185
2. <i>Euangelij nomine quid intelligatur</i>	186
3. <i>Euangelium legi praeserendum: siue de noui Testamenti praesentia & dignitate</i>	187
4. <i>In vtroque pariter Testamento & amandam proponi Dei bonitatem, & timendam Dei seueritatem: magis tamen in Veteri seueritas, et in Nouo gratia, bonitas & clementia Dei exhibetur</i>	188
5. <i>Christum etiam legislatorem esse</i>	189

Cap. 7. De mandatorum Dei obseruatione, deque bonorum operum ad salutem necessitate.

1. <i>Magnum esse inter praecepta atque consilia Euangelica discrimen: quod illa sint ad salutem obseruatu necessaria, hac vero perfectioni peculiariter destinata</i>	191
2. <i>Iustitiam hominis Christiani in bonorum operum, quae ex fide fiunt, exercitatione consistere</i>	192

Cap. 8. De fructu seu effectu Iustificationis, deque bonorum operum meritis.

1. <i>Dei gratiam esse principium rationemq; meriti nostri</i>	194
--	-----

I N D E X.

2. Iustum pro operibus bonis, quæ per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum ab eo fiunt, verè mereri & legitime sperare vitam æternam 196
3. Iustificatum minimè peccare dum intuitu æternæ mercedis operatur 198
4. Ut in hac vita diuersa sunt hominum merita, ita post hanc vitam præmia quoq; non æqualia omnibus tribui, sed propriam meritorum cuiusq; rationem haberi 199
5. Merita vnus alteri prodesse 202

LIBER TERTIVS, DECEM
Capita compræhendens.

Cap. I. De Sacramentis generatim.

1. **S**acramenta non esse tantum externas notas Christianæ professionis, sed signa visibilia inuisibilis gratiæ, quæ per eadè sacramenta confertur 205
2. Sacramenta nouæ legis ex Christi sanguine vim habere 206
3. In quibusdam Sacramentis imprimi charactere rem, ideoq; iterari non posse 207

Cap. 2. De Sacramento Baptismi.

1. Baptismum verè & propriè sacramentum esse nouæ legis 208
2. Baptismum ad delenda peccata necessarium esse ibid.
3. In

I N D E X.

3. In Baptismo Spiritum sanctum conferrì 210
4. Anabaptismum Donatistis in vsu fuisse 211
5. Baptismum Ioannis non habuisse eandem vim & efficaciam cum baptismo Christi ad remissionem peccatorum ibid.
6. Baptizandos abrenunciare Satana ac pompis eius 212

Cap. 3. De paruulis, & Baptismo paruulorum.

1. Paruulos etiam Christianorum nasci in peccato originali, & ab eo non nisi per lauacrum regenerationis vindicari posse 213
2. Paruulos regenerationis lauacro nondum expiatis, vitam æternam consequi non posse 214
3. Baptismum prodesse paruulo, quamuis aliena fide susceptum 216

Cap. 4. De Cæremonijs & ijs rebus quæ circa baptismum geruntur.

1. In baptismo visibili vnguento seu chrismate fideles inungi moris esse 216
2. Trinam mersionem in Baptismo fuisse vsitatam Gregorij ætate 217

Z

Cap.

Cap. 5. De Sacramento Confirmationis.

1. In Sacramento Confirmationis, quod manuum impositio vocatur, gratiam conferri 218
2. Confirmationis materiam chrisma esse, cuius ad ministratio ad Episcopum pertinet ibid.

Cap. 6. De Sacramento Eucharistiæ.

1. In sanctissimo Eucharistiæ Sacramento verum contineri corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi 219
2. In sacrosancto Eucharistiæ Sacramento substantiam panis & vini, post consecrationem non remanere 220
3. In Eucharistiæ admirabili Sacramento, non in usu tantum dum sumitur, verum etiam ante & post sumptionem verum corpus, & verum sanguinem Christi esse 221
4. Confessionem peccatorum ante Eucharistiæ sumptionem instituendam, & huc mentem diligenter preparandam esse 222
5. Utilem esse ac salutarem fidelibus frequentem sacrosancti corporis Christi communionem 224
6. Impios etiam sicut Iudam accipere corpus Christi 225

7. Mo-

7. Morientibus quondam Eucharistiæ pro viaticæ dari solere 226

Cap. 7. De Sacrificio Missæ, eiusque cæremonijs.

1. Sanctam Eucharistiæ non solum confici & distribui, sed etiam in veteri Ecclesia pro viuis ac defunctis offerri solitam esse 227
2. Angelos astare Sacerdoti dum sanctissimum Missæ sacrificium Deo offert 228
3. Vino in calice offerendo miscendam esse aquam ibid.
4. Vasa sacra & vestes in usu fuisse Gregorij tempore ad diuina peragenda mysteria 229
5. Gregorium quadam verba sacro Canoni addidisse, & nonnullos ritus in Missæ sacrificio obseruandos instituisse 229

Cap. 8. De Sacramento Pœnitentiæ.

1. Baptizatos in Christo non posse in peccata relabi, falsum & hereticorum dogma esse 232
2. Fidelibus quoties post baptismum in peccata relabuntur, pœnitentiæ Sacramentum superesse, quo veniam peccatorum consequentes Deo

Z a

recon-

- reconcilientur *ibid.*
3. *Contritione, quæ verus & utilis est de peccatis dolor, ad salutarem penitentiam opus esse, eaq; ad percipiendam gratiam nos preparare* 233
 4. *Non solum corde apud Deum, sed etiam ore peccata apud hominem confitenda esse* 235
 5. *Peccata cum circumstantijs necessarijs confitenda esse Sacerdoti* 236
 6. *Sacerdoti potestatem absoluedi à Christo Domino esse tributam* 238
 7. *Ad veram penitentiam spectare non solum novam vitam, sed & pro peccatis præteritis satisfactionem* 239
 8. *Pœnitentiam differendam non esse* 241

Cap. 9. De Sacramento Ordinis.

1. *Per sacram Ordinationem, quod Sacramentorum proprium est, gratiam conferri, eiusq; æternum signum esse impositionem manuum* 243
2. *In Ecclesia Catholica Hierarchiam esse, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, alijsq; ministris* 245
3. *Ad Ecclesiasticum Ordinem non quosuis, sed tantum doctrinæ morumq; integritate commendatissimos admittendos* 246
4. *Ecclesiasticas & Ecclesiasticorum causas ad* 5. *Quæ*

5. *Quæ sint sacrorum Ordinum impedimenta* 249
- Ecclesiastica Episcoporum tribunalia esse referenda* 248

Cap. 10. De Sacramento Matrimonij.

1. *Matrimonium, seu nuptias damnandas non esse* 250
2. *Matrimonium Sacramentum esse, solaq; morte dissolui* 251
3. *Extra matrimonium quamcunq; viri & mulieris commixtionem peccatum esse* 252
4. *Certos esse consanguinitatis & affinitatis gradus, qui impediunt matrimonium* *ibid.*
5. *In Matrimonij usu spectandum esse finem propaganda prolis* 254

LIBER QVARTVS IN decem Capita distributus.

Caput 1. De Purgatorio.

1. **A** *Nimas posteaquam è corpore migrarint, per particulare iudicium ad varia loca destinari* 255
2. *Animas post hanc vitam neq; in periculo peccandi versari, neq; mereri amplius* 257

I N D E X.

3. Purgatorium ignem, vel temporarias pœnas multis post mortem superesse 258
4. Orare & offerre sacrificium corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro defunctis Gregorij tempore vsitatum fuisse 261
5. Defunctas meritis & intercessione Sanctorum iuuari, præsertim in quorum Basilicis sepulti sunt 263
6. Obiectio quadam contra Purgatorium 264
7. Anima quomodo sciant quæ apud nos gerantur 265

Cap. 2. De Sanctis, & eorum prærogatiua.

1. Animas Sanctorum etiam nunc ante extremi iudicij diem regnare cum Christo 266
2. Angelos preces nostras offerre Deo, hominibusque varijs in rebus adesse & opitulari 269
3. Preces nostras à Sanctis in Christo quiescentibus intelligi 270
4. Sanctos vnà cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre 271
5. Sanctos suppliciter inuocare, & ad eorum orationes, opem auxiliumque, confugere, etiam singulis Christianis bonum atque utile esse 272
6. Quare Angelus Apocalypsis. 19. & 22. Et Petrus Actorum 10. adorari se prohibuerint 273
7. Sanctorum natalitia diesque festos Gregorij tempore

I N D E X.

- pore in solemnibus vsu fuisse 275
8. Basilicas Sanctorum nomine, Deo consecratas fuisse 277
9. Nomina SS. Martyrum ad altare recitari, morem olim fuisse 279
10. Luminaria in honorem Sanctorum tempore Gregorij solere in templis accendi 280
11. Sanctorum Martyrum cum Christo viuentium sancta corpora, quæ viuam membra fuerunt Christi, à fidelibus meritiò obseruanda & in pretio habenda esse 281
12. Multa beneficia hominibus à Deo per Sanctorum reliquias collata 283
13. Imagines Sanctorum colendas & in honore habendas 284

Caput 3. De Ieiunio Christiano.

1. Ieiunium à Deo in paradiso institutum, & ad id nos Christi Seruatoris nostri exemplo inuitari 286
2. Ieiunandum esse homini Christiano, qui grauiore tentatione pulsatur 287
3. Quomodo ieiunium sit instituendum, ut fructuosius fiat 288
4. Quales sint ieiunij effectus 289
5. Christianis olim familiaria ieiunia fuisse 290

I N D E X.

Cap. 4. De Quadragesimali
Ieiunio.

1. Quadragesimale ieiunium à Christo institutum
& præceptum summo studio obseruandum 291
2. De mysterijs ieiunij Quadragesimalis ibid.

Cap. 5. De ciborum dele-
ctu.

1. Cur Christiani ab esu carniū, & alijs nonnullis
quandōq; abstineant 292
2. Ciborum delectum ad refrenandam carnis las-
ciuiam olim in vsu fuisse 293

Cap. 6. De Cælibatu.

1. Bonam esse castitatem coniugum, meliorem vi-
duarum, optimam verd virginum 295
2. Virginitati nuptias æquandas non esse 296
3. Continentiam donum esse Dei, quod tamen rectè
petenti non denegatur 299
4. Continentiam rectè promitti ac voueri Deo, il-
ludq; votum fideliter seruandum esse 300
5. Cælibatus & castitatis seruanda nouandaq; Gre-
gorium sedulum esse suaforem ibid.
6. Voto castitatis obstrictos, si matrimonium contra-
hant, in salutis suæ extremo discrimine versari
301
7. Sacerdotum & Virginum debere esse separata
habitacula 302

Cap. 7.

I N D E X.

Cap. 7. De Cælibatu Sacer-
dotum.

1. Clericos, præsertim Diaconos, Sacerdotes & E-
piscopos Gregorij saculo calibes existisse 304
2. Qua de causa Episcopos & reliquos Presbyte-
ros atq; Diaconos calibes esse decet 306

Cap. 8. De Monachorum
instituto.

1. De nomine & origine Monachorum 309
2. Gregorij ætate Monachos & Moniales magno
numero castè sanctèq; vixisse 311
3. Gregorium fuisse Monachum, & Monachorum
Præfectum, seu Abbatem 312
4. Facultates suas relinquere propter Christum
consilij esse Euangelici, & meriti singularis 314
5. Placere Deo obedientiam quæ superioribus pro-
ter Deum exhibetur 316
6. Propter carnalem erga parentes affectum, vota
religionis deserenda non esse 318
7. Monachos Apostatas, & sacras virgines à voto
continentiæ relapsas cum suis corruptoribus, nisi
pœnitentiam agant, in aperto salutis discrimine
versari 319
8. Monachos & Sanctimoniales vestibus sua profes-
sioni accommodatis rectè indui 321
9. Propter nonnullos malos religiosos non esse mo-
nasticam

I N D E X.

*uastica vita institutum culpandum, eiusq₃ profes-
sore infectandos infamandosq₃* 322

Cap. 9. De diuersis Cæremonijs, antiquissi-
misque nonnullis Ecclesiæ con-
suetudinibus.

1. *Hymnos & Ecclesiastica cantica à Gregorio de-
fendi ac commendari* 323
2. *Quanta sit Crucis dignitas, & quanta virtus*
324
3. *De asperione & virtute aquæ lustralis* 326
4. *Defunctorum corpora Gregorij ætate in templis
sepulta fuisse* ibid.
4. *Loca sancta iam olim fuisse deuotis Christiano-
rum peregrinationibus frequentata* 327
5. *Diem Dominicum, & alia complura festa Chri-
sti, statis diebus magna deuotione à Christianis
celebranda* 328

Cap. 10. De Antichristi extremique Iudicij
temporibus, ac deinceps futuro homi-
num tam electorum quàm re-
proborum statu.

1. *Antichristum filium illum perditionis vnum ali-
quem particularem hominem futurum ex tribu
Dan* 330
2. *De Antichristi summa impietate, & in electos
Dei*

I N D E X.

3. *Dei incredibili seuitia* 332
3. *Antichristum falsis ac fictitijs miraculis pluri-
mos in errorem missurum* 333
4. *Enoch & Eliam tempore Antichristi (qui tribus
annis & sex mensibus regnabit) mundo prädica-
turos, tandemq₃ casuros* 337
5. *Corpora defunctorum omnium tam piorum quàm
impiorum in extremo iudicij die resurrectura:
& piorum quidem, vt vnà cum animabus suis æ-
terna fruantur felicitate, impiorum verò vt igne
corporeo inextinguibili perpetuò excrucientur*
339

F I N I S.

